
1
6
264







JOHANNIS-HENRICI ALSTEDII

CONSILIARIVS ACADEMICVS:

Ideſt,

METHODVS FORMANDORVM STVDIORVM,

CONTINENS COMMONEFACTIONES, CONSILIA, REGVLAS, TYPOS, CALENDARIA, diaria, de ratione benè diſcendi & ordine ſtudiorum rectè inſtituendo: perpetuis Tabulis adornata: in gratiam Studioſorum tàm Academicorum quàm trivialium in Scholis particularibus, vt vocant.

ACCESSIT

CONSILIVM DE COPIA RERVM & verborum.

Editio ſecunda paſſim limata & aucta.



ARGENTORATI

Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

M DC XXVII.

PRÆFATIO
Ad
LECTOREM BENEVOLVM.

VAria ſunt, lector benevole, rectè ſapiendi & agendi impedimenta. Quæ quidem omnia poſſunt revocari ad hæc duo ſumma capita: ignorare nempe viam, vel de viâ nimis diu conſultare. Qui viam, id eſt, modum & rationem rectè ſapiendi & agendi, non habet cognitam, is vel nunquam perveniet ad metam, vel per varios anfractus & præcipitia ægrè & tandem aliquando ad eam perveniet. Qui verò viam habet quidem cognitam, ſed de illâ nimis diu conſultat, ille, dum tempus ducit, ſubducit; & proinde quia viam bene munitam, ſibique probè notam, non ingreditur, vel ſaltem ſerò ingreditur, magis eſt culpandus, quàm ille, qui licet viam ignoret, tamen graſſatur ad præclaram ſapientiæ & prudentiæ metam, etiam per ambages & mæandros. Primum illud impedimentum ego in hoc libello tollere ſum aggreſſus: ubi formare inſtitui rationem ſtudiorum, in medium adductis variis variorum conſiliis, quæ ad incudem Logicam revocavi, & perpetuis tabellis adornavi. Alterum impedimentum tollent ſtudioſi pietatis & humanitatis, ſi Conſiliarium noſtrum audiant, eiusque ductum ſequantur. Quod quidem cum fructu faciant, ipſis ex animo precor.

AVTHORES

Qui

De hâc materiâ ſcripſerunt, vel huic opuſculo μέρ⊕ ἐπιβάλλον contulerunt.

HENRICUS BULLINGERUS, de inſtitutione ſtudiorum.
ANDREAS HYPERIUS, de S. Scripturæ lectione.
BENEDICTUS ARETIUS, de formandis ſtudiis.
BARTHOLOMÆUS KECKERMANNUS, de methodo formandorum ſtudiorum.
RIVIUS, de puerorum inſtitutione.
DAVID CHYTRÆUS, de ratione diſcendi.
HULDRICUS ZVVINGLIUS, de modo informandi adoleſcentes.
LUCAS OSIANDER, de ſtudiis priuatis rectè inchoandis.
SADOLETUS, de liberis rectè educandis.
MATTHÆUS DRESSERUS, de ordine diſcendi.
LUDOVICUS VIVES, de diſciplinis lib. 20.
STEPHANUS PRÆTORIUS, de ratione formandorum ſtudiorum.
ERASMUS, de liberis rectè educandis.
THEODORUS BIBLIANDER, de ratione diſcendi Hebraica.
STEPHANUS ZEGEDINUS, in locis communibus theologicis de ratione ſtudiorum.
STURMIUS, de ſcholis aperiendis; & in epiſtolis claſſicis & academicis.
FRANCISCUS JUNIUS, de Academicis.
COELIUS SECUNDUS, de perfecto Grammatico.
SALOMON NEUGEBAVVER, de peregrinatione.
FRANCISCUS BONNÆUS, de ratione diſcendi.
CHRISTOPHORUS HELVICUS, in Didacticâ.

His addi poſſet: Plutarchus de Liberis educandis.
D. Baſilius de Liberalib: Studijs. et alij

Studio-

- Studio sus cōsideret
  - Definitionem Studiosi pietatis & humanitatis. *tab.* 1. *part.* 1.
  - Studiorū suorum.
    - Scopum. *tab.* 1. *part.* 2.
    - Metam. *tab.* 1. *part.* 1.
    - Media
      - Externa: vt sunt parentes, sumptus, libri, & locus idoneus. *tab.* 2. *part.* 1. *&* *tab.* 3.
      - Interna
        - Principalia: Spiritus sancti gubernatio & illuminatio. *tab.* 2. *part.* 2.
        - Secūdaria: videl.
          - Natura: vbi sunt vires animi & corporis. *tab.* 2. *part.* 2. *&* *tab.* 3. 4. 5.
          - Cura
            - Peregrinationis. *tab.* 6. *& seqq. Vsque ad tab.* 16.
            - Studiorū: eaq;
              - Accommodata cuiuslibet ingenio. *tab.* 16. *part.* 1.
              - Absoluta, seu generalis; de
                - Obiecto studiorum *tab.* 16. *part.* 1. *&* 2. *item tab.* 17. *&* 18.
                - Modo discēdi juxta
                  - Sectatores Rami. *tab.* 19. *part.* 1.
                  - Nostram sententiā. Vide tab. seq.

- Modus studendi perficitur suis causis: quarum alia est
  - Principalis
    - Mediata: vt mens, affectus, & memoria. *tab.* 19. *part.* 2.
    - Immediata: vt
      - Institutio
      - Exercitatio
      - (Institutio, Exercitatio) *tab.* 19. *part.* 3.
  - Instrumétalis; eaque
    - Generalis
      - Prima
        - Ordo. *tab.* 20. 28. & 29.
        - Auscultatio. *tab.* 20.
        - Lectio. *tab.* 21.
        - Scriptio. *tab.* 22. *part.* 1. 2. & 3.
        - Pronunciatio. *tab.* 23.
        - Interrogatio. *tab.* 24.
        - Memoria. 25.
        - Repetitio. *tab.* 26.
      - Orta. *tab.* 27.
    - Specialis *tab.* 30. vbi est ratio studii
      - Philologici
        - Latini. *tab.* 31. & *seqq.* & *seque ad* 39.
        - Græci. *tab.* 39. 40. 41. 42.
        - Hebraici. *tab.* 43. 44. 45. 46.
      - Philosophici *tab.* 47. 48. 49. 50. 51.
      - Theologici. *tab.* 52. 53. 54. 55.
      - Iuridici. *tab.* 56. 57. 58. 59.
      - Medici. *tab.* 60. & 61.

GVBERNANTES DISCENTIAM.

I. Principiò conſtituendum eſt *de fine ſtudiorum.*

II. *Finis ſtudiorum generalis* eſto pia eruditio, & erudita pietas.

III. Præter hunc finem generalem quilibet ſibi deligat *ſpecialem:* vt, theologus facultatem docendi in eccleſiâ, vel ſcholâ. In hoc ſcopo, ſecundùm Socratis præceptum ſtudioſos oportet παίζοντας καὶ σπουδάζοντας ἀσκῆσαι.

IV. Fine cognito, & vitæ genere delecto proxima cura ſit *de præceptore & diſcipulo.* Vniverſa enim ſtudiorum ratio diſtributa eſt in duas claſſes: quarum prior eſt διδασκάλου, *præceptoris*; altera τοῦ μαθητοῦ, *diſcipuli.*

V. *Præceptor* eligatur qui non ſit πληκτικὸς, *plagoſus*; αὐθάδης, *ſibi placens*; ἀνειμένος, *remiſſus*: ſed ſit ἐπιστήμων, peritus; διδακτικὸς, *qui appoſitè, intelligenter, & perſpicuè doceat*; φιλόπονος, *laborioſus*; ἀγαπητικὸς τῶν σχολαστικῶν διατριβῶν, *amans exercitiorum ſcholaſticorum*; denique ἔμπειρος τῆς φύσεως τοῦ μαθητοῦ, vt poſſit judicare de diſcipulorum ingeniis.

VI. In diſcipulo conſiderentur conditiones & officium.

VII. *Diſcipuli boni conditiones* & virtutes ſunt 1. εὐφυΐα, quæ Platoni dicitur δριμύτης, Galeno ὀξεῖα φύσις, i. e. naturale acumen. 2. φιλομάθεια, i. e. ſtudium & ardor diſcendi. 3. φιλοπονία, i. e. tolerantia moleſtiarum, quæ diſcendo ſunt exantlandæ. 4. φιλαλήθεια, i. e. amor veritatis. Galenus appellat σπουδὴν ἀληθείας. 5. φιληκοΐα, h. e. vt libenter & amanter audiat. 6. ὀξύνοια, h. e. facilitas percipiendi dicta. 7. μνήμη, h. e. memoria, conſtans videlicet. 8. ἀγάπη τοῦ διδασκάλου, i. eſt. amor magiſtri. 9. φιλία τῶν ἑταίρων, vt ſit φιλέταιρος, i. e. commilitonum ſtudioſus & amator.

IIX. *Officium boni diſcipuli* apud Platonem eſt 1. ἀκούειν, *audire*, 2. ἐπαναλαμβάνειν, *repetere audita.* 3. παραλαβεῖν τὸ βιβλίον, *accepto*

libro

libro locum explicatum inſpicere. 4. ἐξ ἑωθινοῦ καθίζειν, *à primo diluculo ſtudiis inſudare.* 5. ἐξεπίστασθαι, *ediſcere.* 6. μελετᾷν, *meditari.* 7. πρὸς ἄλλους λέγειν, *coram aliis dicere.*

Sed de his, & ſimilibus, inſtituamus longiorem commentationem.

- **Studiosus bonarum literarum consideret**
  - Definitionem Studiosi
    - Negatiuam: Studiosus nō est, qui
      - Sine certo ordine vagatur.
      - Volatico est ingenio, & quotidie magnum paginarum numerum perlegit.
      - Desultoriâ leuitate fertur, perque multos authores grassatur.
      - Omnes lectiones audit sine iudicio.
      - Omnia dicta excipit, &, vt vulgo dicitur, Quid pro Quo arripit.
      - Prolixas rhapsodias coaceruat.
    - Affirmatiuam: Studiosus est
      - Prudens, qui
        - Præeligit & præconcipit finem
          - possibilem
          - vtilem

          ad quem studia dirigat.
        - Eligit media, quæ ad illum finem assequēdum sunt necessaria. Ea verò debent esse
          - Pauca.
          - Licita.
          - Ordine disposita.
          - Scopo accōmodata.
      - Diligens, qui in mediis illis parandis & tuendis præstat animi intentionem, curam, vigilantiam, assiduitatem, laborem. Media enim oportet in vsum atque exercitationem deducere.
  - Studiorū tria requisita, quæ in studiis sunt spectanda: vt sunt
    - Scopus. *De quo vide tabellam sequentem.*
    - Meta temporis, quæ sit
      - Certa.
      - Iusta & scopo adæquata.
      - Distincta conuenientibus interuallis
        - Horarum.
        - Dierum.
        - Mensium.
        - Trimestrium.
        - Semestrium.
        - Annorum.
    - Media, per metam ad scopum ducentia *vide Tabellam II, pag. 11.*

- Scopus studiorum est
  - Remotus
    - Principalis: Gloria Dei vt ille
      - agnoscatur.
      - agnitus colatur.
    - Subordinatus: Salus & felicitas
      - æterna
      - temporalis
      - eaque
        - Studiosi ipsius.
        - Proximi.
  - Proximus
    - Generalis: perfectio
      - Intellectus, mentis, ingenii, iudicii: vt est σύνεσις, *cognitio veri.*
      - Voluntatis, appetitus, morum; ut est τὸ ὅσιον, *actio boni.*
      - Sermonis: vt est δύναμις ἑρμηνευτικὴ, *eloquentia.*
      - In lectione cuiuslibet authoris spectet Studiosus, quomodo triplex illud exinde haurire possit bonum.
    - Specialis: certum aliquod studii & vitæ genus. Huius scopi consid.
      - Partitio: quale sit vitæ institutum; an
        - Oeconomicum
        - Scholasticum
          - philosophicum.
          - philologicum.
        - Ecclesiasticum.
        - Politicum
          - Iuridicum.
          - Medicum.
      - Requisita; qualis esse debeat iste scopus: videlicet
        - Accommodatus cuiusque temperamento, dispositioni, inclinationi naturali; ad quem quis
          - feratur.
          - non trahatur.
        - Fixus & stabilis.
        - Excellens, ratione
          - Rei ipsius. Scopus enim omnis, nominatim studiorum, debet esse laudabilis, vt mediis conciliet
            - Amorem.
            - Vires.
            - Ordinem.
          - Propositi; quod est
            - Simplex, id est, tale vt cupiat quis in vno studiorum genere excellere.
            - Mixtũ; quod est tale, vt quis in multis excellere cupiat.

- Media studiorum sunt
  - Externa
    - Parentes, Patroni, Mecœnates, Duces studiorum, Præceptores; quibus debetur
      - Amor.
      - Reuerentia.
      - Obedientia.
    - Sumtus necessarii quos studiosus
      - habet à parentibus
      - accipit à patronis
      - In his erit parcus.
    - Libri
      - pauci
      - vtiles
      - quos vel
        - Emet: inque iis sibi comparabit memoriam localem.
        - Mutuò sumet; quos per Indices legere debet, & optima quæque in locos communes referre.
    - Locus idoneus: cuius
      - Requisita: vt sit
        - Solitarius. Musæ siquidem gaudent solitudine.
        - Mediocriter amœnus.
      - Partitio. Est
        - Priuatus: ut est Muséum; in quo
          - Omnia munda & comta.
          - Mensa in medio, eleuata à pauimento, altitudine, quâ stans legere possis.
          - Pulpita in mensâ; quæ viridi nigróve panno sternenda.
          - Modica lux.
          - Parietes ornent
            - Tabulę Ptolemaicæ, vel similes.
            - Picturæ honestæ.
          - A parte supremâ dependeant globi
            - Astronomici
            - Geographici.
          - Bibliotheca benè disposita.
        - Publicus
          - Campus, hortus, prata, &c.
          - Schola: *de quâ vide Tabulam III. pag. 13.*
  - Interna. *Vide Tabellam sequentem.*

Media studiorum interna sunt

- Principalia & diuina: vt Spiritus Sancti
  - Gubernatio
  - Illuminatio
  - quæ tum
    - precibus
      - Deuotis, vt
        - Oratione Dominicâ
        - Hymnis Dauidicis
        - Aliis formulis
      - frequẽtibus
        - Matutinis
        - Vespertinis
    - vitâ
      - Pia, erga Deum
      - Iusta, erga Proximum
      - Temperante, erga seipsum
  - est
    - Impetranda,
    - fouenda.
- Secundaria & humana
  - Natura: vt sunt vires naturaliter insitæ; quarum
    - Partitio est: quòd vires aliæ sunt
      - Animi
        - Ingenii, in
          - Apprehendendo.
          - Iudicando.
        - Memoriæ, in
          - Imprimendo.
          - Retinendo.
          - Recordando.
        - Affectus, in
          - Amore
          - Impetu
          - ad studia.
      - Corporis, quantum ad bonam constitutionem & temperiem
        - Totius corporis.
        - Principalium membrorum ad studia inprimis seruientium: nempe
          - Ventriculi.
          - Cordis.
          - Capitis.
    - Custodia. *Vide Tabellam* IV. *pag.* 14.
  - Cura. *Vide Tabellam* VI. *pag.* 18.

Scholæ

- Scholæ, consid.
  - Nomina deducta ab
    - Personis, ijsque
      - Authoribus
        - Diis: vt Athenæum, Apollonium, Hermium Muséum.
        - Hominibus: vt Academia, Cadméa.
      - Asseclis ibi agentibus: vt cœnobium, collegium, domus Prophetarum, Lycéum, Mandra, Synagoga, &c.
    - Officiis & functionibus: vt Asceterium, Athenæum, Apollonium, Cynosarges, Diatribe, Didascalium, Domus doctrinæ, Schola, Studium, Herméum, Ludus, μελετητήριον, Phrontisterium.
    - Loco: vt Gibhá siue Gabaá, id est, collis, Labrathá siue Lebrathán, Monasterium, Peripatos, Stoa.
    - Adiunctis: vt Amalthea seu Amaltheum, Gymnasium, Xystus.
  - Res, & quidem
    - Species. Gymnasia sunt
      - Παιδαγωγεῖα, in quibus traduntur
        - Instrumenta doctrinarũ: vt sunt
          - Linguæ: vt Latina, Græca, Hebræa.
          - Artes instrumentales: Grammatica, Rhetorica, Logica.
          - Ornamenta artiũ istarũ: vt Historiæ.
        - Rudimẽta siue Principia
          - Pietatis: Catechesis.
          - Philosophiæ
            - Moralis: Officia Ciceronis.
            - Mathematicæ
              - Arithmetica.
              - Musica.
      - Ενζητήρια, in quib. proponuntur
        - Recessus Philosophiæ: in quâ explicantur τὰ ὄντα
          - ἐξ ἀφαιρέσεως, Mathematica.
          - ἐκ προσθέσεως, Physica.
          - Ἁπλῶς: vt Metaphysica.
        - Practicæ facultates
          - Θεολογικὴ.
          - Νομικὴ.
          - Ιατρικὴ.
    - Partes
      - Personæ, ceu partes
        - Essentiales
          - Doctores
            - Rector.
            - Professores.
            - Præceptores classici.
          - Auditores.
        - Integrales: vt Cancellarij, Decani, Bedelli, Syndici, Collectores.
      - Leges pertinentes ad
        - Officia
          - docentium
          - discentium.
        - Ordinẽ obseruãdum in
          - colendis studijs
          - adipiscendis honorũ gradibus
            - Infimi Baccalaureatus
            - Medij
              - Magisterij
              - Licẽtiæ
            - Summi Docturæ.
            - quib. accedunt
              - Δοκιμὴ, probatio
              - Τελεταὶ, testificationes.
              - Τιμαὶ, honores publici.
        - Beneficia seu priuilegia
          - Communia
          - Particularia.

Custodia est modus tuendi vires & sanitatem: idq; in

- Genere corporis; & fit
  - Munditie; quæ fit
    - Purgatione corporis per
      - Balneũ; ubi
        - Sumatur nonnihil de theriaca cã ante introitũ.
        - Caput madefiat cum lixiuio calido.
        - Pedes ponantur in aquâ calidâ.
        - Corpus fricetur.
        - In exitu corpus tepidâ perfundatur, ad claudendos poros corporis.
        - Post balneum non statim bibatur.
      - Lotionem
        - Capitis. Fit autem ea vino, camomillâ: duabus horis ante cibum.
        - Pedum: qui
          - Fricentur sale & aceto
          - Laventur bis in septimanâ, ante somnum; arthemisiâ, menthâ, camomillâ.
      - Vomitum
        - Qui fit, si recipias diversum potum eodem in vase, ut vinum album & rubrum, novum item & vetus ad satietatem: deinde immediatè post prandium antequam cibus descendat, si imponas summum digitum ad os, & vomitum vrgeas.
        - Quo exacto
          - Abstinendum à cibo & potu.
          - Confortandus stomachus aromatis.
      - Secessum: ubi valde prodest aloë.
    - Amœnitate
      - Aëris; qui rectificatur & alteratur
        - Suffitu è sale, albo thure, granis iuniperi, clausis fenestris
        - Linteis suspensis in Muséo, quæ colligent humores olentiores
      - Loci seu Muséi; quod
        - Sit ligneum,
        - Habeat fenestras
          - Meridionales.
          - Septentrionales.
  - Temperantiâ & Diætâ. *Vide tabulam sequentem.*
  - Motu & exercitiis tempestiuis & moderatis, iuxta has regulas
    - 1. Motus ante prandium sit violentus, sed non ad defatigationem
    - 2. Post cibum motus sit moderatus
    - 3. Omnis labor & lusus post sudorem vocatum remittendus est
  - Præservativis: ut sunt
    - Manè uti pomo odorifero.
    - Deglutire thus album, gingiber, &c.
    - Imponere naribus radic. pimpinellæ vel alias species bene olentes.
    - Removere impedimenta, ut sunt lucubrationes, immoderatus somnus, fructus immaturi, otium, &c.
- Specie memoriæ, *Vide tabulam 5. pag. 16.*

Tempe-

Temperantia & Diæta cernitur in

- Cibis; quorùm delectus est habendus pro ratione temporis, quantum ad
  - Qualitatem: ut sint
    - Calidi, sicci & saliti.
    - Assi potiores elixis.
    - Pisces minores.
    - Conditi cum croco, zingibere, &c.
  - Quantitatem; ut habeatur ratio
    - Vasorum / Virium — corporis.
- Potu; qui est
  - Aqua.
  - Cerevisia.
  - Vinum. Vbi sunt hæ cautiones.
    - Sit bonum, album, odoriferum, & diureticum.
    - Forte si sit, lymphetur
    - Rubrum valet in fine mensæ, eò quod laxat: sed in principio consti pat.
    - Adustum seu sublatum ter bibatur in septimanâ cum speciebus, ad absumendos frigidos humores: & bis in septimanâ imponetur naribus cum panniculo, & attrahatur; quia cerebrum exsiccat. Oculi etiam quandoque oblinantur bysso ex vino sublimato.
    - Bibatur vinum
      - Modicè.
      - Sugendo.
      - Quandoque ante introitum in lectum.
- Somno, ubi
  - Dormire in dorso est pessimum
  - Dormire super ventrem facit ad digestionem
  - Caput cervicali benè levetur
  - Post prandium ne fiat somnus; quia causatur catarrhos, pigritiam, febres &c.
  - Fiat primus somnus super dextrum latus, ut hepar stomachum calefaciat: deinde super sinistrum; item vltimò super dextrum.

Memo-

- Memoriæ custodia traditur in arte Mnemonicâ seu Memoriali; quæ est
  - Generalis; eaque
    - Medica: *de quâ vide tabulam sequentem.*
    - Logica, de memoriæ
      - Vsu atque exercitio.
      - Nutriculâ, quæ est ordo
        - Temporis
          - matutini.
          - vespertini.
        - Rerum: vt est
          - Methodus.
          - Tabella memorialis.
    - Topica, de
      - Locis, quorum consid.
        - Diuisio: quod sunt
          - vniuersales
          - Particulares.
          - vtrique
            - Naturales, vt
              - Cœlum.
              - Zodiacus.
              - Manus.
              - Animalia.
            - Artificiales: vt Templa, Muséa.
        - Constitutio
          - Numerus.
          - Ordo.
          - Repetitio.
      - Imaginibus; quarum cõsideratur
        - Constitutio; eaque
          - Fabrica.
          - Animatio; quæ est huius artis clauis.
          - Applicatio ad loca.
        - Diuisio: quod sunt
          - Rerum
          - Verborũ; quæ sunt
            - nota.
            - ignota.
            - Vtræque imagines sunt
              - Insitæ.
              - Assumtæ.
  - Specialis: estque
    - Grammatica, quæ docet aliquid memoriæ mandare per vocabula memorialia: vt SAL, id est, Sentire, Agere, Loqui.
    - Poëtica, quæ docet rem ediscendam includere versibus: Sic omnes circumstantiæ hoc versu continentur,
      Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.
    - Mathematica: eaque
      - Arithmetica, quæ docet rem ediscendam distinguere numeris maioribus & minoribus in libros, capita, aphorismos, sectiones, paragraphos, titulos.
      - Geometrica, quæ docet rem ediscendam distinguere variis coloribus, signis, asteriscis, obeliscis, &c.

Medica

- Medica memoriæ custodia præscribit
  - Diætam, quæ constat
    - Lætitiâ, vt animus recreetur
      - inter studendum.
      - post studia.
    - Quiete
      - Animi, qui immunis erit ab
        - Affectibus vehementioribus.
        - Præcipuè
          - Irâ.
          - Metu.
      - Corporis.
    - Distributione temporis in horas
      - Studiorum.
      - Somni.
      - Victus.
  - Medicamenta: vbi considera
    - I. Euacuatiua. Nimia cerebri humiditas tollatur per
      - Purgantes pilulas capitales: vt sunt pilulæ cochiæ, cum ambrâ & aliquot guttulis olei de succino albo.
      - Euacuantia alia.
    - II. Confortatiua: quæ vel
      - Simplicia, ex
        - Herbis: Melissa, Rosmarinus, Maiorana, Lavendula, &c.
        - Seminibus: Cubebæ, Coriandrum præparatum, &c.
        - Radicibus: Pyretrũ, &c.
        - Aromatibus: Nux moscata, Cariophylli, &c.
      - Composita: vt sunt
        - Pulveres
        - Electuaria, & similia
        - De quibus in nostro Systemate Mnemonico.
    - III. Conservativa: in quibus excellunt pileoli medicati, quibus nocturno potissimùm tempore caput munitur & tegitur.

- Cura studiosi est vel
  - Peregrinationis: cuius consid.
    - Finis
      - Vtilitas: eaque triplex
        - Prudentiæ; quam formant & firmant instituta varia gentium, ritus, mores hominum, formæ civitatum
        - Scientiæ, quæ est ab
          - Auribus, id est, Doctoribus.
          - Oculis, id est, Libris.
        - Morum; quos efficit Conversatio.
      - Voluptas; quæ est vel
        - Recordatio præteritorum
          - Bonorum
          - Malorum
          - Iucunda enim est hæc talis memoria.
        - Κτῆσις καὶ χρῆσις bonorum acquisitorum.
    - Modus in
      - Genere: ubi notentur Canones communes de
        - Itione. *Vide Tabulam sequentem.*
        - Commoratione: vt ea observet, quæ sunt ἀξιοθέατα καὶ ἀξιομνημόνευτα.
        - Reditu: cuius hæc est lex, vt domum reversus ad suos, omnem peregrinitatem exuat.
      - Specie: vbi traduntur Canones de peregrinatione, quæ suscipitur vel
        - propter
          - Cognitionem linguarum. *Vide Tabul. VII. pag.* 20.
          - Perlustrationem locorum. *Vide tabul. VIII. pag.* 22.
          - Rerum præclararum observationem. *Vide tabul. IX. pag.* 25.
          - Morum formationem. *Vide tabul. X. pag.* 27.
          - Religionem. *Vide tabul. XI. pag.* 28.
        - à
          - Doctoribus seu professoribus / Discipulis seu studiosis, iisque vel
            - Theologis. *Vide tabul. XII. pag.* 29.
            - Iureconsultis. *Vide tab. XIII. pag.* 30.
            - Medicis. *Vide tabul. XIV. pag.* 31.
            - Philosophis. *Vide tab. XV. pag.* 32.
  - Studiorum. *Vide Tabulam XVI. pag.* 34.

- Circa itionem conſiderentur
  - Cauſæ
    - Finis: Studioſus diu multumque deliberet, prudentium quoque amicorum conſilio adhibito, de fine itionis: an, quomodo, quando, cum quibus, quò, cur peregrinandum ſit.
    - Efficiens: quæ eſt
      - Princeps; is qui peregrinatur: cui neceſſaria ſunt bona
        - Animi
          - Prudentia inſita naturâ.
          - Interpretatio: eaque fit
            - Oratione.
            - Scriptione.
            - Picturâ.
          - Virtutes Ethicæ
            - Pietas erga Deum.
            - Erga homines
              - Veracitas.
              - Iucunditas erga
                - Cives.
                - Peregrinos.
        - Corporis
          - Sanitas.
          - Robur functionum
            - Animalium, viſus, auditus, &c.
            - Vitalium & naturalium, vt concoctricis, &c.
        - Fortunæ: ſumptus videlicet quos ſtudioſus
          - Habet: quibus ritè vtatur.
          - Non habet. Itaque acquirat
            - Prece.
            - Labore.
      - Inſtrumentalis: vt ſunt res ad peregrinandum neceſſariæ
        - Animatæ, vt
          - Bruta: Equi, aſini: &c.
          - Homines
            - Ductores.
            - Comites.
            - Hoſpites.
        - Inanimatæ: vt ſunt
          - Alimenta.
          - Aromata.
          - Veſtes.
          - Libri & arma.
  - Accidentia: vt ſunt
    - Eventus; qui Deo permittendus.
    - Tempus; quod eſt
      - Vniuerſale
        - Annuum: ver & autumnus peregrinationi opportuna tempora.
        - Menſtruum: ratio Novi & Plenilunii habenda.
      - Particulare, vt eſt
        - Dies: cuius obſerv.
          - Quantitas.
          - Qualitas, horis
            - Antemeridianis.
            - Pomeridianis.
        - Nox: cuius obſerv.
          - Quantitas.
          - Qualitas.

- Præcepta peregrinationis à studioso susceptæ linguarum causâ, petenda sunt à
  - Caussis
    - Internis
      - Materiâ: vt sciat
        - Quæ linguæ discendæ; vbi delectus habendus, videlicet eæ quæ accommodatæ erunt
          - Nostræ professioni.
          - Instituto vitæ practico.
        - A quo discat: videlicet à peritis, non á vulgo.
        - Vbi discat: nempe iis in locis, vbi eius linguæ vsus
          - Purus.
          - Frequens.
      - Formâ; quæ est doctrinâ seu institutio per
        - Præcepta: quæ est certior, sed cum tædio coniuncta: ideoque Præcepta sint
          - Pauca.
          - Vtiliora.
        - Exempla: quæ est facilior.
    - Externis: *Vide tabulam sequentem.*
  - Diuisione: vt sciat, quænam linguæ discantur
    - Domi
      - Hebræa, Græca, Latina: ex fundamento per præcepta.
    - Peregrè: videlicet
      - Cardinales
        - Hebræa, Græca, Latina: per exempla.
      - Reliquæ dependentes; in quibus excellunt
        - Germanica.
        - Gallica.
        - Italica.
        - Hispanica.
        - Anglica.
        - Turcica.

- Externis; videlicet
  - Efficiente; vbi eſt
    - Diſcens: in quo requiruntur
      - Natura: ingenii docilitas, putà in
        - apprehendendo facilitas,
        - retinendo felicitas.
      - Ars: quæ
        - *Non erit* νομική.
        - *Sit potiùs* παραδειγματική.
      - Exercitatio: quæ ſit
        - Aſſidua.
        - Non verecunda, ſed ſine pudore.
    - Docens; qui docet per
      - Præcepta.
      - Exempla: vt eſt
        - Magiſter viuus
          - Superior.
          - Par.
          - Inferior.
        - Scriptor in quâque linguâ optimus.
  - Fine; qui eſt
    - Primarius: cuius reſpectu petitur alicuius linguæ cognitio
      - Perfecta: vt aliquis poſſit &
        - intelligere alios
          - loquentes.
          - ſcribentes.
        - intelligi ab aliis
          - loquendo.
          - ſcribendo.
      - Imperfecta: vt poſſit vel
        - intelligere tantùm.
        - intelligi tantùm loquendo.
    - Secundarius; cùm quis linguæ operam navat cauſâ
      - Theoriæ; vt ſciat tantùm, licet eâ numquam ſit vſurus.
      - Praxeos; vt ad ſuos vſus, tum privatos tum publicos eam teneat.

Peregrinationis locorum causâ susceptę regulæ deducũtur à causis

- Internis
  - Formâ: ubi consid. loci
    - Natura, quantum ad
      - Nomen
        - vetus.
        - novum.
      - Essentiam; cujus spectetur
        - Materia
          - Naturalis
          - Artificialis
          - eaq;
            - Liquida: ut aqua.
            - Solida: ut terra.
        - Forma
          - Circuitus secundùm trinam dimensionem.
          - Dispositio partium inter se.
        - Efficiens
          - Natura.
          - Ars.
        - Finis; propter quem locus est factus.
    - Accidentia: ut sunt
      - Quantitas; putà
        - Magnitudo.
        - Latitudo
        - Numerus: an locus
          - Vnus.
          - Multiplex.
      - Qualitas; putà
        - Fœcunditas: an locus sit
          - sterilis.
          - fertilis.
        - Lumen: an locus sit
          - obscurus.
          - lucidus.
        - Calor & Salubritas.
      - Situs
        - Superior: ut observetur
          - Elevatio poli
          - Longitudo
          - Clima
          - ex
            - Tabulis Cosmographicis.
            - Instrumento aliquo Astronomico.
        - Inferior comparatus cũ locis vicinis, ratione
          - Commoditatis.
          - Ordinis.
      - Passio; quatenus
        - possidetur locus ab aliis
          - quomodo.
          - quo jure.
          - quo tempore.
        - colitur, ubi observetur
          - Exstructio
            - à quo
            - quomodo
            - quando
            - facta.
          - Destructio per
            - Incendia.
            - Inundationes.
            - Terræmotus.
            - Devastationes
      - Actio; quatenus locus est
        - 1
          - clarus
          - obscurus
        - 2
          - felix
          - infelix
        - ob bona vel mala
          - Animi.
          - Corporis.
          - Fortunæ.
  - Materiâ: *Vide Tabulam sequentem*
- Externis: *Vide Tabul. alterâ paginâ versâ.*

Materiâ

- Materiā: ut est locus ad quem & per quem peregrinamur; qui consideratur
  - Generatim: tota regio, quæ inserviunt hominibus, quantum ad
    - Habitationem, quatenus incoluntur ædificia considerata
      - Seiunctim: ut sunt, domus, porticus, propugnacula, muri, turres, arces, basilicæ, theatra, &c.
      - Coniunctim; quatenus coaluerunt in
        - Pagum.
        - Vrbem, quæ est
          - Metropolis.
          - Filialis, ut loquūtur.
    - Vsumfructum: ut sunt
      - Terra: quæ cōplectitur loca
        - inculta
          - Sylvas.
          - Montes.
        - culta
          - Agros.
          - Vineas.
          - Pascua.
      - Aqua: sub quâ
        - Flumina.
        - Thermæ.
        - Fontes, stagna, lacus, maria.
  - Speciatim: una aliqua pars, quæ constat
    - Naturâ: ut sylvæ, montes, agri, pascua, flumina, fontes, lacus, stagna, maria, &c.
    - Hominum instituto: ut sunt loca
      - Publica
        - Sacra: ut sunt
          - Templa, sacella, fana, cœnobia, in quibus consid.
            - Structura.
            - Cryptæ.
            - Epitaphia.
          - Scholæ: in quib. consid.
            - Celebritas.
            - Bibliothecæ.
            - Frequentia & Eruditio
              - docentium.
              - discentium.
            - Privilegia.
            - Fundationes.
            - Ars typographica.
        - Profana: ut sunt
          - Curia.
          - Armaria.
          - Xenodochia.
          - Macella.
          - Balnea.
      - Privata
        - in urbe, civium ædes, quarū
          - magnitudo.
          - materia.
        - extra urbem.

Causæ

- Causæ externæ peregrinationis localis sunt
  - Efficiens: estq; is qui locorum cognitionem
    - Docet alium: estque magister.
      - Mutus: sic docent.
        - Historiæ eius gentis, per & ad quam aliquis est peregrinaturus: quarum synopsin tenere oportet.
        - Picturæ seu chartæ geographicæ, quas accurate perlustrare decet.
        - Itineraria, quæ perlegenda sunt.
      - Vivus & vocalis, qui ea loca
        - incolit
        - vidit
        - audivit
          - Hos decet consulere: ut sunt tabelliones, cursores, caupones, docti viri.
    - Discit; & quidem vel
      - Ab alio.
      - Ipse per se: ubi requiritur ut
        - sit
          - Curiosus.
          - Diligens: turres altas petat.
          - Patiens.
        - observet pleraque
          - imprimēdo memoriæ.
          - notādo per
            - scripturā.
            - picturam.
  - Finis: isq;
    - Theoricus: ut sciat tantùm locorum distantias, situs, figuras. Atque hic non est tanti faciendus, nisi eum Practicus comitetur.
    - Practicus: ut hâc locorum cognitione instructus efficere possit opus
      - Historicum.
      - Astronomicum.
      - Mercatorium.

Rerum

Rerum præclararum cognitio in peregrinatione fit ratione trium caussarum: nempe

- Materiæ, quæ complectitur res ipsas cognoscendas: eæque per se
  - Subsistunt. *Vide tabulam sequentem.*
  - Non subsistunt: vt conversatio politica & œconomica; cuius videnda
    - Causa
      - Efficiens: scil. qui
        - præest in
          - Ecclesiâ.
          - Scholâ.
          - Politiâ.
        - Subest.
      - Materia & Forma: vnde communio est
        - Publica in
          - Scholis.
          - Politiis.
          - Ecclesiis.
        - Priuata seu œconomica.
    - Accidentia
      - Actiones, res gestæ
        - Domi.
        - Foris.
      - Passiones
        - Domi
          - Seditiones.
          - Recōciliationes.
        - Foris
          - Clades acceptæ.
          - Priuilegia data.
          - Honores delati.
- Formæ; quæ est modus cognitionem rerum
  - Acquirendi, partim
    - Studio proprio: vt sit diligens
      - legendo.
      - interrogando.
      - spectando.
      - conuersando.
    - auxilio aliorum.
  - Conservandi, adminiculo
    - Sensus
      - Comparando rem ipsam: vt animalia rara, numismata antiqua, &c.
      - Iconem rei asservando.
    - Rationis.
- Efficientis: ratione
  - Animi: quem instructum esse oportet
    - Sensu
      - visus.
      - auditus.
      - (Qui sunt duo sensus λογι-κώτατοι.)
    - Ratione.
  - Corporis: vt sit eius ratione robustus & adultus.

- Res in peregrinatione cognoscendæ per se subsistentes, sunt
  - Inanimatæ: eæque
    - Naturales
      - Elementares,
        - Ignes subterranei.
        - Aquæ mirabiles
          - calore.
          - gustu.
          - colore.
          - odore.
          - motu.
          - effectu
            - salubri.
            - noxio.
      - Mixtæ, vt
        - Saxa vetusta.
        - Metalla.
        - Gemmæ.
        - Arbores,
        - Animalia.
    - Artificiales
      - Imagines
        - Statuæ.
        - Colossi.
        - Simulacra.
        - Signa.
        - Tabulæ.
      - Anathemata.
      - Marmorum inscriptiones
        - Stolæ.
        - Cippi sepulchrales.
      - Thesauri.
      - Supellex: eaque
        - Vestiaria.
        - Fabrilis.
        - Oeconomica.
        - Bellica.
        - Nautica.
        - Literaria.
  - Animatæ, vt res rationis
    - Expertes
      - Plantæ raræ.
      - Arbores.
      - Bruta, quibus regio
        - abundat
        - caret
    - Participes: vt sunt homines considerati
      - Vniuersim in totâ gẽte, quæ excellit
        - Animi
        - Corporis
        - Fortunæ
      - (abundat, caret; Animi, Corporis, Fortunæ) scilic.
        - Bonis.
        - malis.
      - Speciatim; vbi ciuium clarorum ornamenta spectantur.

In pere-

- In peregrinatione morum causâ suscepta, considerandæ sunt causæ
  - Internæ
    - Materia: vbi considerandum,
      - Quid, seu quas virtutes discere velis: putà
        - Prudentiam.
        - Humanitatem.
        - Iustitiam.
        - Constantiam.
        - Frugalitatem.
        - Gratitudinem.
        - Honoris contemtum.
      - A quo discere velis: respectu
        - Personarum, vtrum sit
          - vnus aliquis
          - totus populus
          - à quo discendum.
        - Loci: vt multa loca adeas.
    - Forma, id est modus addiscendi mores per
      - Præcepta.
      - Exempla: & quidem
        - in conuersatione
          - publicâ
            - Scholasticâ.
            - Ecclesiasticâ.
            - Politicâ.
          - priuatâ.
        - extra conversationem.
  - Externæ
    - Finis; qui hoc elegantissimo dicto exprimitur: *Finis seu meta peregrinationis est cognitio: cognitionis actio: actionis, gloria eius qui vniuersam hanc vitam voluit esse peregrinationem ad verè vitalem vitam, & patriæ, quæ emisit liberos suos, vt receptis vtatur melioribus, emolumentum.*
    - Efficiens, quæ à Platone vocatur θεωρὸς: in quo habenda ratio
      - Morum
        - Bonorum
          - Quos acquiret, si careat.
          - Ne amittat, si habeat.
        - Malorum: vt
          - Quos habet, exuat peregrinando.
          - quos nõ habet, ne sibi accersat.
      - Ætatis: vbi perpendatur, an viuat
        - Sub magistro: vt est
          - puer.
          - adolescens.
        - Sine magistro: vt studiosus jam adultior factus.

In peregrinatione religiosâ ratio est habenda causarum

- Internarum
  - Materiæ; quæ est sacrorum
    - Locatorum; quæ sunt
      - inanimata
        - Sepulcra.
        - Aræ.
        - Signa sacra.
      - animata
        - Arbores.
        - Bruta.
        - Homines
          - pii.
          - impii.
    - Locorum.
  - Formæ: quòd hæc peregrinatio fiat
    - Mari.
    - Terrâ, incedendo nudis
      - pedibus.
      - aliis membris.
- Externarum; videlicet
  - Efficientis: quæ est ratione
    - Status
      - Princeps.
      - Priuatus.
    - Corporis
      - Sanus.
      - Æger.
  - Finis; qui est
    - Theoricus: vt vel
      - Sensu
        - videant.
        - audiant.
      - Ratione cognoscant.
    - Practicus
      - Primus, vt Deus
        - agnoscatur.
        - agnitus colatur.
      - Secundus, vt
        - Superstitiosorum extrema miseria cognoscatur & deploretur.
        - Religiosorum mores addiscantur.

Theolo-

Theologicæ peregrinationis præcepta sunt vel

- Generalia, quantum ad
  - Materiam: quò referuntur
    - loca
      - Templa
      - Cœnobia
      - Xenodochia, quæ invisere oportet.
    - locata: suntque
      - Res
        - sacræ
          - Aræ.
          - Anathemata.
          - Libri sacri.
          - Supellex sacra.
          - Preces.
          - Hymni.
        - Profanæ, quatenus sacris subserviunt.
      - Personæ
        - Pontifex Romanus.
        - Cardinales.
        - Episcopi.
        - Presbyteri.
        - Sacerdotes, &c.
  - Efficientem: quæ est
    - Princeps: quantum ad
      - ætatem
        - Iuvenis.
        - Senex.
      - habitum
        - Doctor.
        - Discipulus.
    - Instrumentalis: ut est sumptus
      - proprius.
      - alienus.
- Specialia: ut Theologus
  - habeat
    - Mores placidos.
    - Instrumenta
      - Alimenta.
      - Libros
        - Testamentum
          - vetus.
          - novum.
        - Enchiridion.
      - Arma.
  - Discat ea, quorum causâ peregrinatur.

Iuridicæ peregrinationis præcepta sunt
- Generalia quantum ad
  - Materiam; in quâ
    - Loca adeunda
      - Academiæ.
      - Fora.
      - Curiæ.
      - Tribunalia.
    - Locata
      - Res.
      - Personæ
        - Iuris interpretes.
        - Iudices.
        - Causidici.
        - Historici.
  - Efficientem; quæ est
    - Princeps.
    - Instrumentalis: ubi notandum quo libro debeat esse instructus.
- Specialia; quæ conspectunt Iuris
  - Interpreti.
  - Discipulo.
  - Iudici.
  - Advocato.

- Medicæ peregrinationis præcepta sunt quantum ad
  - Materiam: in quâ
    - Loca perlustranda, ut
      - Academiæ celebres.
      - Nosocomia.
      - Officinæ medicæ.
      - Horti.
      - Montes.
      - Sylvæ.
      - Metallifodinæ.
      - Thermæ.
      - Triremes.
      - Castra.
    - Locata: ut sunt medicæ
      - Res
        - Morbi
        - Remedia; quæ consistunt in
          - Diætâ sex rerũ non-naturalium.
          - Pharmaciâ.
          - Chirurgiâ.
      - Personæ: ut Medici clari, à quibus discat vel
        - prece.
        - pretio.
  - Efficientẽ; quæ est
    - Princeps: qui peregrinatur artis medicæ
      - exercendæ
      - discendæ
      - gratiâ.
    - Instrumentalis: ut sunt instrumenta
      - vitæ.
      - artis.

Philo-

- Philosophicæ peregrinationis præcepta sunt, ratione
  - Doctorum: ubi notantur
    - Materia
      - Loca
      - Homines
        - quæ adire convenit.
    - Efficiens
      - Princeps; ipse Philosophus.
      - Instrumentalis: ut necessaria secum ferat.
    - Finis: isq;
      - proprius, ut est
        - Fama.
        - Eruditio rerum præclararũ.
      - alienus: ut discat quæ alios doceat.
  - Studiosorum; ubi consideretur tum
    - Materia: ut consideret
      - Quam philosophiæ partem & artẽ præcipuè discere velit.
      - Vbi & à quibus discendum.
    - Efficiens: eaq;
      - Princeps: ut est philosophiæ studiosus.
      - Instrumẽtalis; quæ continet adminicula
        - Animata
          - Bruta, quæ adhibentur propter
            - vecturam: equi.
            - custodiam: canes.
          - Homines: ut sunt
            - Comites.
            - Preceptores
              - experti.
              - industrij.
        - Inanimata
          - Pecunia: vbi est cautio in eâ
            - asservandâ.
            - erogandâ.
          - Instrumenta
            - Scriptionis: ut
              - Enchiridia,
              - Pugillares, ad Ephemerides itineris cõficiendas.
            - Lectionis: *vide tabellam sequentem.*
            - Defentionis; ut sunt arma.

Lectio.

Lectionis instrumenta sunt Libri: quibus vtatur

- Inter iter faciendum: legat vnum aliquem autorem studiis suis accommodatum.
- Hic diligens studiosus imitetur
  - Melanchthonem; cuius hoc celebratur dictum: Quatuor autores constituunt Bibliothecam: videl.
    - Aristoteles.
    - Plinius.
    - Plutarchus vel Cicero.
    - Ptolemæus.
  - Franciscum Iunium; qui
    - Biblia
    - Institutionem Caluini
    - Confessionem Bezæ ceu Indicem ad Caluini opus
    - Grammaticam Hebræam Cevallerii
    - dixit esse quatuor lucernas, constituentes Bibliothecam Theologicam.
  - Rodolphum Goclenium, qui quatuor Philosophos
    - Aristotelem
    - Scaligerum; cuius exercitationes vocat sua Biblia philosophica.
    - Zabarellam
    - Schegkium
    - Cumprimis legendos putat: eosque constituere ait Bibliothecam Philosophicam.
- Post iter cōfectum paucos eosque selectos legat.

- **Cura studiorum**
  - Specialis; eaque secundùm quid, in subiecto. Ea variat
    - in vnoquoque: quia inest cuique felicitas discendi secundùm
      - magis.
      - minus.
    - inter omnes: quia capiuntur studiis
      - Hi illis.
      - Illi his.
    - → Ideoque hæc cura non potest tradi: sed requiritur designatio eius, quæ sit accommodata ad cuiusque scopum, ingenium, ætatem. Monitos autem velim studiosos, ne hâc in designatione nimium sibi fidant & tribuant: sed aliorum iudiciis vtantur, nitantur, consiliis fruantur.
  - Absoluta seu generalis; quæ iubet considerare
    - Obiectum, cui studetur: quod est
      - Separatum
        - Verba
          - Simplicia.
          - Coniuncta, seu phrases.
        - Res siue thema
          - simplex
          - coniunctum
          - → vtrumque vel
            - perfectum.
            - imperfectum.
      - Combinatum: vt est disciplina
        - Præcognoscenda ex
          - Archelogiâ.
          - Hexilogiâ.
          - Technologiâ.
          - Didacticâ.
        - Cognoscenda; & quidem ordine
          - Sapientiæ: *Vide tabulam sequentem, & 38.*
          - Prudentiæ: quando disciplinæ discũtur non prout sunt notiores φύσει, id est, naturâ: sed quatenus sunt notiores ἡμῖν nobis. *Vide tab. XVII. pag. 36.*
    - Modum discendi seu studendi. *Vide Tabulam XIX. pag. 39.*

Ordo

Ordo seu methodus sapientiæ inter disciplinas est
- Keckermanni; cui disciplina est
  - contemplatrix
    - simpliciter de
      - Ente: Metaphysica.
      - Speciebus entis: videlicet
        - Deo: Theosophia.
        - Creaturâ
          - Spirituali: Pneumatica.
          - Corporali: Physica.
    - Secundùm quid, Mathesis
      - prima
        - abstracta
          - Arithmetica.
          - Geometrica.
        - concreta; eaque
          - Generalis: Cosmographia.
          - Specialis
            - corporis
              - cœlestis
                - Astronomia.
                - Astrologia.
              - terrestris: Geographia.
            - qualitatis
              - visibilis: Optica.
              - audibilis: Musica.
      - orta
        - Geodæsia.
        - Architectonia.
  - operatrix
    - πρακτικὴ *activa*, Prudentia
      - Methodica de bono
        - Spiritali: Theologia.
        - morali in
          - genere
            - Ethica.
            - Oeconomica.
            - Politica.
            - Scholastica.
          - specie: Iurisprudentia.
      - Exemplaris: Historica, estque
        - Prosopographia.
        - Chronologia.
        - Topographia.
    - ποιητικὴ *factiva*: Ars.
      - Liberalis
        - generalis de
          - verbis
            - Lexica.
            - Grammatica.
            - Rhetorica.
            - Oratoria.
            - Poëtica.
          - modo
            - Logica.
            - Mnemonica.
        - Specialis: Medicina.
      - Illiberalis, quæ nihil ad studiosum literarum.
      - Mixta
        - Typographia
        - Pictoria
        - Sculptoria
        - quæ quodammodo ad studiosum pertinent.
- Rameorum. *Vide tab. XIIX.*

- Ordo seu Methodus prudentiæ in disciplinis obseruetur talis: Discantur disciplinæ in Gymnasiis
  - Minoribus, quæ vocantur Παιδαγωγεῖα. Hîc, in quâ, discantur
    - Instrumenta doctrinarum: vt sunt
      - Philologia
        - Latina.
        - Græca.
        - Hebraica.
      - Artes directiuæ seu normales & instrumentales
        - Lexica.
        - Grammatica.
        - Rhetorica.
        - Oratoria.
        - Poëtica.
        - Logica.
        - Mnemonica.
      - Ornamenta artium: vt sunt Historiæ.
    - Principia siue Rudimenta
      - Pietatis: Theologia Catechetica.
      - Philosophiæ, è
        - Mathematicis
          - Arithmetica.
          - Musica.
        - Moralibus: Ethica.
  - Maioribus, quæ vocantur συνθητί-εια: in quibus spectandum, vt
    - Disciplinæ in classibus traditæ repetantur, & plenius inculcentur.
    - Reliquæ disciplinæ hoc ordine tradantur: Facultas
      - φιλοσοφικὴ; in quâ explicentur τὰ
MODVS DISCENDI LINGVAM LATINAM, SEV DE STVDIO ELOQVENTINÆ LATINÆ.

Philologia eſt Linguarum cognitio.

Linguæ ſunt numero LXXII. quot numerantur nationes. Aliæ autem ſunt Principes: aliæ minus principales. Illæ vocantur Cardinales, ſuntque numero tres, Hebræa, Græca, Latina: quibus nobilitatus fuit titulus crucis CHRISTI. Has igitur Philologus cumprimis ſibi diſcendas ſtatuat; iisque utetur, imo nitetur ceu firmamento: reliquis utetur pro ornamento.

Quomodo autem feliciter has, quas dixi, linguas perdiſcere poſſit, paucis oſtendam, initium facturus à Latinâ.

Studium linguæ Latinæ eſt Oratorium vel Poëticum. Vtrumque eſt conjungendum: & in utroque quatuor obſervanda,

I. Index Authorum præcipuorum.
II. Ratio Locorum Communium.
III. Typus Horarius.
IV. Calendarium Latinum.

I.

INDEX LATINORVM AVTHORVM & quidem primò Oratorum.

Sex sunt periodi lectionis Oratoriæ in linguâ Latinâ

- Prima quæ
  - Continetur intra annum 14. aut 15. ætatis, quæ non tam judicio quàm memoriâ pollet.
  - Habet pro
    - Scopo Grammaticam elegantiam.
    - Objecto sensualia & familiaria scripta; quibus illa ætas delectatur: ut sunt
      - 1. Colloquia.
      - 2. Comœdiæ.
      - 3. Epistolæ familiares.
      - 4. Fabellæ.
    - Medio Latinos Authores, qui sensualiter scripserunt.
- Secunda; sub cuius
  - Initiũ ars Logica discenda quantũ ad
    - Præcepta.
    - Regulas.
    - Vsum.
  - Progressum Historici sensuales à prandio legendi: ut sunt
    - Iovius cumprimis.
    - Iustinus.
    - Sleidanus.
- Tertia. Studio Logico absoluto, in manus sumatur Philosophia practica, quantum ad primã impressionem: ut videlicet generaliter cognoscas Ethicam, Oeconomicam, Politicam: & quidem ex unico Keckermanno. Ratio quia artis Logicæ usus dexter haberi non potest, nisi in materiâ circa quam Logicus versatur. Ista autem materia sunt res ipsæ, præsertim practicæ, quæ faciliùs ab adolescentibus intelliguntur, quam theoreticæ. Accedit, quòd teste Scalig. exerc. 1. s. 3. Oratoria sit quasi pars quædam Politicæ. At studiosus non contentus erit hâc simplici Philosophiæ practicæ impressione, sed titulos practicos disponet per volumina. Tertiò legatur Rhetorica: Quartò Ciceronianus Rami. Nam in hâc tertia periodo studiosus se præparabit ad lectionem Ciceronis. Itaque tria sunt huius periodi intervalla:
  - Primum consistit in Philosophiæ practicæ
    - Impressione.
    - Dispositione per volumina locorum communium.
  - Secundum absovitur Rhetoricę
    - Lectione. Ter legãtur præcepta.
    - Exercitatione. Tres orationes disponantur secundùm illa præcepta.
    - Adornatione locorum commun.
      - Oratoriorum.
      - Epistolicorum.
  - Tertium absoluitur lectione Ciceroniani Rami: in quo de Ciceronis Eloquentia, &c. tractatur.
- Quarta: *Vide Tabulam sequentem.*
- Quinta: *Vide Tabulam XXXIII. pag. 86.*
- Sexta: *Vide Tabulam XXXIV. pag. 87.*

- **Quarta periodus deputetur lectioni Ciceronis: in cuius scriptis spectatur**
  - Ordo, quo sint legẽda. Huc pertinet divisio scriptorum Ciceronis. Alia sunt
    - I. Rhetorica & Dialectica: quę hoc ordine evolvenda
      - 1. Topica.
      - 2. De Inventione.
      - 3. Partitiones oratoriæ.
      - 4. Libri III. de oratore.
      - 5. Liber de claris oratoribus.
      - 6. Liber unus de oratore.
      - 7. Rhetoricorum Libri IV.
      - 8. Liber de optimo genere oratorum.
    - II. Oratoria. Itaque hæc secunda erit meta lectionis Ciceronianæ. Sunt autem orationes Ciceronis
      - Quinquaginta sex; earumq; aliæ
        - Iuveniles: quæ primò legendæ.
        - Viriles. Vide
          - Gothofredum.
          - Freigium.
      - Legendæ ita ut
        - Resolvatur unica illa pro Quinctio.
        - Reliquæ resolvãtur tacitè.
        - Non opus est multis commentariis: vnus Freigius sufficit.
        - Quatuordecim orationes componantur ad imitationem Ciceronis.
    - III. Dogmatica; eaque
      - Philosophica
        - Ethica
          - Officia.
          - Tusculanæ quæstiones.
          - De finib. bonor. & malor.
          - De amicitiâ.
          - Paradoxa.
        - Politica
          - Somnium Scipionis.
          - Academicæ quæstiones.
      - Theologica: libri de
        - Naturâ deorum.
        - Diuinatione.
    - IV. Epistolica. Hîc velim legi omnes epistolas: præter eas, quæ sunt ad Atticum.
  - Modus quo legenda sunt ista scripta. Duo in illis notentur;
    - Verba: vt sunt
      - 1. Voces elegantiores, epitheta, &c.
      - 2. Phrases } quæ referentur in locos communes. de quib. infra.
      - 3. Formulæ }
    - Res: quæ referentur in locos
      - Practicos
        - Ethicos.
        - Oeconomicos.
        - Politicos.
      - τεχνικοὺς
        - Logicos.
        - Rhetoricos.
      - Theoreticos.

Probatur

I.

Probatur nobis editio Ciceronis in quartâ formâ, authore Dionysio Gothofredo Iurisconsulto clarißimo.

II.

Toti Ciceroni, præter Epistolas ad Atticum, perlegendo annus, vel ad summum sesquiennium sufficiet: ut putat Keckermannus. Lipsius requirit biennium.

III.

Partitiones Oratoriæ & libri de Oratore à nullo præteriri debent.

IV.

Lectio Orationum Ciceronis quatuor aut quinque mensium spatio absolvi potest.

V.

Lectio Dogmaticorum librorum Ciceronis absolvi potest duobus aut tribus mensibus.

VI.

Res quæ in locos ποιητικοὺς referendæ sunt, multæ in scriptis Ciceronis Logicis & Rhetoricis occurrunt.

VII.

Index, qui additur editioni Ciceronis Gothofredianæ, philologo sit quàm commendatißimus.

VIII.

Antequam accedas ad lectionem Ciceronis, vitam ipsius cognosces, & simul historiam illius temporis, quod proximè præceßit.

Quinta periodus est, quà studiosus Eloquentiæ sese conferet ad lectionem

- I. Iulii Cæsaris: cujus stilus est εὐπρεπὴς & dulcissimus.
- II. Salustii: cujus stilus est gravissimus.
- III. Panegyricorum authorum, qui uno volumine sunt editi: inter quos cumprimis excellit Plinii Panegyricus.
- Aliorum authorum Latinorum: qui dividuntur secundùm ætates linguæ Latinæ; ut sunt
  - I. Infantia seu Pueritia ante Terentium: ubi floruerunt
    - Lucilius, Accius, Plautus, Galba, Crassus, Antonius.
  - II. Ἀκμὴ, ætas vigens & incorrupta, seculum aureum: quod habuit
    - Terentium, Varronem, Ciceronem, Cæsarem, Salustium, Livium.
  - III. Παρακμὴ seu declinans ætas ad senium: in cujus classe sunt præcipui
    - Quintilianus, Valerius Max. Plinius Secundus, Suetonius, Celsus, Plinius Iunior, Florus, Lactantius, Vlpianus, Iustinianus Imp. Boëtius, Hieronymus, Sedulius, Ausonius, Apuleius, Fulgentius, Martianus Capella.
  - IV Senectus & Sepultura; ad quam pertinent Scholastici Theologi principes & quidam ICti: ut
    - Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Ioannes Scotus, Alanus, Bonaventura, Petrus Hispanus, Gabriel Biel, Occam, Bartholus, Baldus, &c.
  - V. Ἀνάστασις seu renovatio & pristina vita: ubi est ætas
    - Prima sub
      - Aldigerio, Franc. Petrarchâ, Ioan. Bocatio, Franc. Philelpho, Laurent. Vallâ, Ænea Sylvio, Baptistâ Mantuano.
    - Media sub
      - Angel. Politiano, Hermolao Barbaro, Marsilio Ficino, Pico Mirandul. Rudolph. Agricolâ, Conrad. Celte, Iac. Sadoleto, Christ. Longolio, Philip. Melanthon. Ioach. Camerario, Ioan. Sturmio. Nizolio &c.
    - Nova sub Iusto Lipsio, &c.

Sexta periodus erit jam in Laconico stilo formādo: ubi legendi sunt

- Principio
  - Seneca, Plautus, Tacitus.
  - Iustus Lipsius: cujus scripta sunt
    - I. Epistolica
      - Octo centuriæ Epistolarum.
      - Libri quinque Epistolicarum quæstionum.
    - II. Philosophica
      - Libri sex Politicorum.
      - Libri tres Physiologiæ Stoicorum.
      - Libri tres Manuductionis ad Stoicam Philosophiam.
      - Monita & Exempla politica.
      - Dissertatio ad Principes Belgarum.
      - Libri duo de Constantiâ.
    - III. Historica & Critica
      - Libri tres de cruce.
      - Commentarii in Panegyricum Plinii.
      - Libri quinque de Militiâ Romanâ.
      - Libri sex de admirandis sive de magnitudine Romanâ.
      - Libri quinque Poliorceticōn.
      - Libri tres Variarum } Lectionum.
      - Libri tres Antiquarum } Lectionum.
      - Commentaria in Tacitum.
      - De rectâ pronunciatione linguæ Latinæ.
      - Institutio Epistolica.
      - Electorum libri duo.
      - Saturnaliorum libri duo.
    - IV. Theologica
      - Liber de unâ religione.
      - Diva
        - Hallensis.
        - Sichemensis.
- Deinde veniendum ad epistolas Laconicas. Et hic primò diligenter legendæ erunt Epistolæ Ciceronis ad Atticum: de hinc Epistolæ Senecæ, Plinii Secundi, & aliorum veterum & recentium authorum.

¶ *Dictæ sunt Periodi in studio Oratorio: Sequuntur Periodi studij Poetici.*

Tres sunt periodi studii Poetici

- Prima est, quâ cognoscuntur præcepta Poetices de
  - Quantitate Syllabarum.
  - Generibus Carminum.
- Secunda, quâ carmina qualia qualia componuntur.
- Tertia, quâ Authores leguntur: quorum sunt quinque ætates
  - Prima: sub quâ
    - Cæcilius. Ennius.
    - Terentius, Plautus: omnium optimi.
  - Secunda: in quâ
    - Vergilius, Cornelius Gallus,
    - Lucretius, Quintilius Varus,
    - Propertius, Ovidius,
    - Tibullus, Catullus, Horatius,
    - Et hæc ætas omniû felicissima.
  - Tertia: in quâ
    - Sulpitia fœmina, Valerius, Flaccus, Statius, Iuvenalis, Persius, Seneca, Silius, Sulpitius, Lucanus.
  - Quarta: in quâ
    - Macer, Serenus, Sidonius, Calphurnius, Nemetianus, Boëtius, Ausonius, Paulinus, Claudianus, Prudentius.
  - Quinta recentior: in quâ numerantur
    - Petrarcha, Philelphus, Marullus, Vegius, Baptista Fiera, Baptista, Mantuanus, Accius, Michael Verinus, Strozzi pater & filius, Palingenius, Pierius, Mycillus, Alciatus, Ioan. Secundus, Eoban. Hessus, Stigelius, Ioan. Major, Buchananus, Lotichius, Sabinus, Paganus, Melanchton Nath. Chytræus, VVidebramus, Meisterus, Paul. Melissus, Frischlinus, Rudolphus Goclenius, Frider. Taubmannus, Ioan. Ovvenus, Meibomius, Kirchnerus &c.

Chronologiam poetarum vide in Thesauro nostro Chronologia.

RATIO

II.

RATIO LOCORUM COMMUNIUM in studio Oratorio & Poetico.

Duo hîc indicanda. Primum quisnam ordo in titulis observandus. Deinde quomodo ipsa volumina adornanda.

Loci communes Oratorii & Poëtici sunt verborum vel
- Simplicium. Et disponuntur ordine vel
  - Alphabetico: ut si aliquid singulare legas de aliqua voce, breviter annotes ad Lexicon
    - Calepini.
    - Nizolii.
    - Fabri. &c.
  - Reali: quando ad titulos rerum in ipsis disciplinis annotantur vocabula.
- Conjunctorum seu phrasium & disponuntur ordine
  - Alphabetico: qui est duplex
    - Prior: ut insertâ chartâ purâ in Lexicon Calepini ad voces simplices addas phrases.
    - Posterior; cùm certi tituli constituuntur, ad quos revocantur phrases, ut abrumpendi benedicendi &c.
  - Realiquem
    - Probat Keckermannus. *Vide Tabulam sequentem.*
    - Nos probamus. Nobis consultũ videtur nullos certos constituere titulos, sed volumen chartaceum distinguere in tres cellulas: & authorem ad manum sumere atque enotare in
      - Vocabulario, voces.
      - Phraseologiâ, Phrases.
      - Florilegio
        - Ornamẽta ut sũt
          - Dicta.
          - Similia.
          - Exẽpla
        - Formulas
          - Salutandi.
          - Ordiendi.
          - Confirmandi, &c.

Keckermanno hi loci communes sunt vel

- Laxiores: cùm vel
  - Constituuntur tot volumina phrasewn, quot sunt disciplinæ.
  - Ad singulas disciplinas notantur phrases, verbi gratiâ, cùm in Theosophiâ, ad titulum de Dei Providentia notantur elegantiores phrases, quibus ea exprimitur.
- Contractiores: cùm unico volumine complectimur ea quæ pertinent ad hominis
  - Mentem seu Intellectum: quò pertinent phrases, quæ significant tres mẽtis operationes: ut sunt
    - Apprehensio simplicium: ubi sunt tituli
      - Cogitandi. &c.
      - Indagandi.
    - Sententia: ut
      - Affirmare.
      - Negare.
      - Limitare &c.
    - Discursus: ut
      - Probare.
      - Inferre.
      - Ordinare &c.
  - Memoriam: ut sunt hi tituli
    - Meminisse.
    - Recordari.
    - Oblivisci, &c.
  - Voluntatem: ut sunt quàmplurimi tituli
    - Lætandi.
    - Gratulandi.
    - Suadendi. &c.
  - Loquelam: ut sunt tituli
    - loquendi
      - breviter.
      - prolixè.
      - eleganter.
    - jubendi.
    - prohibendi &c.
  - Risum & Fletum: ut sunt tituli
    - Ridendi.
    - Lachrymandi.
    - Deplorandi, &c.

§ *Vide appar. Pract. Keckerman. pag. 90.*

III.
TYPVS HORARIVS STVDIORUM IN Eloquentiæ Latinæ ſtudio.

Studioſus Oratoriæ & Poëticæ exercebit memoriam horis matutinis: pomeridianis linguam & ſtylum: veſpertinis itidem memoriam.

IV.
CALENDARIVM LATINVM.

Curriculum ſtudii Oratorii finiri debet ſpatio triennii: ut nempe tribuantur orationibus & carminibus

- Formandis & habendis
  - Liberis menſes XXXI. hoc modo:
    - 4. Thematibus ſingularibus: ut ſunt
      - Perſonæ.
      - Loca.
      - Tempus.
      - Facta.
    - 3. Thematib. univerſalibus: ut ſunt res
      - Theoreticæ 2.
      - Practicæ 1.
    - 3. Laudationibus & Vituperationibus.
    - 1/2 Motui pœnitentiæ.
    - 3. Gratulationi.
    - 2. Adhortationibus.
    - 2. Deliberationi ſolitariæ.
    - 2. Deliberationi ſociatæ, ſeu conſiliis habendis.
    - 2. Petitioni & interceſſioni.
    - 1/2 Lamentationi & Deprecationi.
    - 2. Conſolationi.
    - 3. Dehortationi.
    - 1/2 Invectivæ.
    - 2. Accuſationi.
    - 1/2 Comminationi.
  - Textualibus menſes quatuor.
- Reſolvendis quinque menſes. Quod reliquum erit temporis, impendetur exercitiis extemporalibus: ut ſtudioſi Eloquentiæ quoque aſſuefiant ex tempore diſſerere, putà Laudare, Conſolari, Accuſare. &c.

	VOCABULARIUM	PHRASEOLOGIA
Exemplum Oratorium Epistol. 1. *Cic. lib.* 1.	Conquiesti *syncope.*	In causa hæc sunt.
	Idus. *explicetur hæc vox.*	Res agitur per creditores.
	Religio.	Nec precibus, nec admonitionibus nostris reliquit locum.
	Legatus.	
	Familiaris.	Agere causam alicuius.
	Exulceratus.	
	Exagitans.	Ostendit se fore accerrimum tui defensorem.
	Fides.	
	Senatus consultum.	Inclinata res est.
		In eam opinionem rem adduxerunt.
Exemplum poeticum.		ODA PRIMA.
	Mœcenas vel Mecœnas.	Editus atavis regibus.
	Editus *vulgo* Aeditus.	Colligere pulverem Olympicum.
	Curriculum.	Tergeminis tollere honoribus.
	Palma.	Condere horreo.
	Quirites.	
	Libyci.	Gaudet findere agros sarculo.
	Sarculo.	
	Attalicis.	Nauta pavidus secat mare.
	Cypria.	
	Icareus.	Nauta indocilis pati pauperiem.
	Africum.	
	Ratis. &c.	Partem demere de die solido.
		Multos castra juvant. &c.

¶ *Hæc notata sunt sterilia, nisi addantur glossæ, observationes &c.*

FLORI-

FLORILEGIVM SEV POLYANTHEA.

Dicta.	Gratiam nostram extinguit hominum suspicio. Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus.
Similia.	*Similitudo contracta*: Homo exulceratus. *Ea explicanda est.*
Exempla.	I. Ammonius, regis legatus, apertè pecunia oppugnavit Pompejum. II. Pompejus & ejus asseclæ.

HORATII.

Dicta.	Multos castra juvant, & lituo tubæ Permistus sonitus, bellâque matribus Detestata. O & præsidium, & dulce decus meum!
Similia.	*Notetur illustris similitudo de* palmâ. *Item de* hederâ.
Exempla.	1. Mœcenatis. 2. Horatij. 3. Quiritum. 4. Musarum, Euterpes, &c.

Nam etiam mythistoriæ, quas vocat πολυίστωρ ille Lipsius huc referri debent.

Tabvla Trigesima Octava.

eterea fuerit inſtituere Collegium Oratorium, cujus proceſſum de-
ſecuti ductum eminentiſſ. Reckermanni.

- In collegio Oratorio eſt
  - Præſtes ſeu Præſes & Director; qui
    1. Certum ordinem inſtituat inter ſtudioſos Elquentiæ: & eorum profectum habeat exploratum.
    2. Materias ac Diſpoſitionem primò aliquoties ſuppeditet: deinde nuda themata præſcribat: denique inventionem thematum ipſis ſtudioſis permittat.
    3. Proponat authores reſolvendos.
    4. Cenſores nominet ſeptenos ſingulis vicibus.
    5. Dum oratio habetur, notet errata.
    6. Cenſuras ex ordine requirat: & de iis judicium ferat.
    7. Suum judicium ultimò dicat liberè.
  - Collegij Particeps; qui eſt
    - Palæſtrita, qui ſe exercet. Ille
      1. Sit utcunque verſatus in Logicis & Rethoricis.
      2. Orationem
         - diligenter formet,
         - fideliter ediſcat,
         - graviter recitet,
         - adeoque ſciat
           - aſcēdere in cathedrā.
           - dicere in cathedrâ.
           - deſcēdere ex cathedrâ.
      3. Poſt habitam orationem
         - Audiat cenſuras.
         - Domi corrigat defectus.
    - Auditor: isque vel
      - Tacitus: qui
        1. Etiam paratus accedat: & orationem domi componat.
        2. Diligenter attēdat in Collegio.
        3. Suam orationem cùm illâ, quæ habetur, conferat.
        4. Vbi domum redierit, emendet.
      - Cenſor: qui
        1. Præmeditatus accedat, ſuámque orationem in parato habeat.
        2. Cùm oratio recitatur, omnia attentiſſimè examinet juxta præcepta Grāmat. Rhetor. Dialect.
        3. Si quid audiat correctione dignum, vel memoriâ vel palimpſeſto notet.
        4. Ingenuè proferat, quæ obſervavit.
        5. Quæ verò ab anteceſſore ſuo jā ante cenſeri & moneri audiit, prætereat, vel ſuum quoque de iis judicium proferat.

Primum

Primum Trimestre,

	Ianuarius.	Februarius.	Martius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men*	*struum.*

Secundum Trimestre.

	Aprilis.	Majus.	Junius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*struum.*

Tertium

Tertium Trimestre.

	Iulius.	Augustus.	September.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*struum.*

Quartum Trimeſtre.

	October.	November.	December.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

MODVS DISCENDI LITERARVM Græcam.

Quatuor in ſtudio huius linguæ nobis obſervanda.
I. Quinam authores legendi.
II. Quomodo loci communes adornandi.
III. Typus Studiorum horarius.
IV. Calendarium Græcum.

I.

DE AVTHORIBVS PRÆCIPVIS.

Authores Græci ſunt
- I. Grammatici
  - Veteres: Gaza.
  - Recentes
    - Clenardus, Golius &c.
    - Ramus apud Rameos.
    - Gretſerus apud Ieſuitas.
- II. Lexicographi
  - Budæus.
  - Stephanus, in Theſauro linguæ Græcæ.
  - Scapula.
- III. Didactici & Hiſtorici: qui ſunt vel
  - Sacri
    - Primario. Huc pertinent libri Nov. Teſtam.
    - Secundario
      - Septuaginta Interpretes veteris Teſtamenti.
      - Patres Græci.
  - Profani: iijq;
    - Oratores
      - Demoſthenes.
      - Iſocrates: ex interpratione VVolfij.
    - Poëtæ
      - Comici
        - Ariſtophanes, Friſchlini.
        - Menander.
      - Tragici: quorum anteſignanus Euripides, Porti.
      - Lyrici: quorum princeps eſt Pindarus, Aretij.
      - Heroici
        - Homerus, Giphanij.
        - Heſiodus, Ioannis Friſij.
    - Hiſtorici: Henrici Stephani.
      - Herodotus
      - Thucydides
      - Xenophon
    - Philoſophi: iijq; præcipui
      - Plato.
      - Ariſtoteles, Pacij.
      - Plutarch. Xylādri

Quomodo Locos Communes in linguâ Græcâ adornan- ubi duorum exemplorum appositione Ra.

	VOCABVLARIVM.	PHRASEOLOGIA.
Exemplum sacrum 1. cap. 1. epist. ad Ephesios.	Ἀπόστολος Legatus. v. 1.	οἱ ὄντες ἐν Ἐφέσῳ, Ephesij. v. 1.
	Ἰησοῦς, vox Hebraica. v. 1.	εὐλογεῖν ἐν εὐλογίᾳ. v. 3. Hebraismus.
	Χριστὸς Unctus: *nomen officij* ibid.	πρὸ καταβολῆς κόσμου. v. 4.
		προορίζειν εἰς υἱοθεσίαν. v. 5.
		ἐν χάριτι χαριτοῦν. v. 6. Pleonasmus Hebraicus.
	Θεὸς καὶ Πατὴρ vocula καὶ ponitur exegeticè, non copulativè. v. 3.	σοφία καὶ φρόνησις. v. 8. Differunt: illa intellectum, hæc voluntatem perficit.
		τὰ πάντα. v. 10. & 11. Articulus præpositivus restringit universalitatem.
	υἱοθεσία. v. 5.	βουλὴ τοῦ θελήματος. v. 11. Unus è quatuor hellenismis Nov. Testam.
	εὐδοκία. v. 5.	
	Ἀπολύτρωσις. v. 7.	ἀπολύτρωσις περιποιήσεως. v. 14. Est hellenismus N. Test. quo significantur duæ partes justificationis.
	παράπτωμα. v. 7.	
	μυστήριον. v. 9.	

EPISTOLA PHILIPPI AD ALEXANDRUM MAG.

Exemplum profanum	ἴσθι	Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν. est formula inscriptionis in epistoliis Græcanicis.
	γεγονότα	χάριν ἔχειν.
	τραφέντα	ἄξιον εἶναι τῆς πραγμάτων διαδοχῆς.
	παιδευθέντα	
	παιδεύειν est filialiter, non autem serviliter, aliquem tractare.	

FLORI-

dos putem è ſubjecto typo ingenioſus lector facilè colligat: tio Locorum communium oſtenditur.

Florilegium Seu Gnomologica.

Dicta. χάρις ὑμῖν &c. ſalutationis Apoſtolicæ Paulinæ formula. verſ. 1.

εὐλογητὸς. &c. v. 3. formula εὐχαριστίας ſacræ.

Singula fermè verſus ſuppeditant ſingula dicta.

Similia. καταβολὴ κόσμου. verſ. 4. Mundus eſt inſtar ædificii, cujus architectus eſt Deus.

υἱοθεσία. v. 5. Electi ſunt Dei filii adoptivi.

ἀπολυτρώσεως. verſ. 6. Chriſtus perſolvit λύτρον pro nobis, er hat das Löſegelt oder die Ranzion bezahlt.

παράπτωμα. v. 6. Peccatum eſt lapſus ſeu apoſtaſia, averſio à bono immutabili; & converſio ad bonum mutabile.

οἰκονομία τοῦ πληρώματος. v. 10.

ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι. v. 14.

ὅς ἐστιν ἀρραβὼν. v. 14.

Exempla. I. Pauli. v. 1. II. Epheſ. v. 13.

Vt Extat Apud Gellium Noc. At. Lib. 1. cap. 3.

Dictum. Parentes non tam ἐπὶ τῇ γεννήσει, quàm παλιγγενεσίᾳ liberorum gaudent.

Exempl. *Hoc dictum elici poteſt è ſententiâ Philippi.*

I. Philippi Macedonis, qui animum filii potiorem duxit corpore. II. Alexandri magni. III. Ariſtotelis.

Hiſce ſtudioſus huius linguæ adiiciet gloſſemata & notas.

EXPLICATIO PRÆCEDENTIS TYPI locorum Communium in linguâ Græcâ.

Candidatus Philologiæ Græcanicæ ſumat authorem Græcum eumque ordine percurrat: & pro re natâ obſervet obvia quæque: & inſigniora ex iis comportet in Locos communes, quos hîc diſtinximus in tres cellulas, ſuis ſubtitulis prænotatas.

Ad *Vocabularium* referantur voces inſigniores, ἐμφατικώτεραι, raræ, tropicæ; brevibus notis appoſitis, & annotatâ paginâ authoris.

Ad *Phraſeologiam* referantur phraſes illuſtriores & idiotismi. Certè quilibet author habet peculiarem ſtili characterem. Itaque meo judicio, utiliſſimum erit hoc ordine enotare, quo occurrunt apud authores, ita ut ſeorſim ſcribantur phraſes Demoſthenis, Iſocratis &c. Quod ſi moleſtum alicui videtur & laborioſum, minutatim hæc ſingula perſequi, neceſſum erit in ipſo libro variis coloribus & ſignis notare, dictiones, phraſes, &c.

Ad *Florilegium* referantur ornamenta, id eſt, *dicta* acuta. *ſimilia* elegantia, *exempla* illuſtria, prout apud authores occurrunt. itemque formulæ variæ exordiendi, &c.

TYPUS

III.
TYPUS HORARIUS IN Studio Græco.

- Horis
  - Matutinis memoria exerceatur lectione
    - Precum Græcorum, Novi Testamenti, Septuaginta Interpretum & Patrum.
    - Oratorum
      - Demosthenis.
      - Isocratis.
    - Philosophorum; paulò ante prandium.
  - Pomeridianis exerceatur
    - Stilus
      - Adornatione locorum communium.
      - Compositione
        - epistolarum.
        - orationum.
      - Versione.
    - Lingua
      - recitando textum.
      - explicando & conferendo.
  - Vespertinis
    - Legantur
      - Historici / Poetæ — à cœnā.
      - Libri Sacri, juxta Calendarium Biblicum, supra pag. 56. & seqq. delineatum.
    - Repetantur ea, quæ interdiu sunt peracta.
    - Exerceatur memoria ediscendis pauculis, paulò ante somnum.

LV.

CALENDARIUM GRÆCUM.

- Ad discendam linguam Græcam duo requiruntur.
  - Præparatio ad eam, quæ fit
    - Primariò, cognitione præceptorum
      - Grammatices: quæ inservit verborum Puritati.
      - Rhetorices: quæ facit ad ornatum verborum.
      - ¶ *Magnus est error, quòd Rhetorica solùm traditur in Scholâ Latinâ. Rhetorica est generalis, vel specialis: & hæc in aliis linguis est alia.*
      - Lexicæ seu Lexicographiæ: & hæc est vel
        - Onomasticon seu Nomenclator.
        - Dictionarium.
    - Secundariò, cognitione præceptorum Logices.
  - Comparatio ejusdem: quæ consistit partim in
    - Lectione accuratâ Græcorum authorum. *Vide Tabellam sequentem.*
    - Usu & Exercitatione eorum, quæ ex lectione percepimus. Estque
      - Memoriæ: quæ est exercenda
        - privatim.
        - publicè.
      - Stili: estque
        - socia
        - solitaria
        - utraque est
          - Analysis
            - Grammatica.
            - Rhetorica.
            - Logica.
          - Genesis
            - Metaphrasis seu translatio & versio: cujus tres gradus
              1. Scripta Græca in Latinum sermonem transferantur.
              2. Græca Latinè vertantur.
              3. Græca Latinè à nobis versa vertantur à nobis Græcè: ut videamus quàm propè accesserimus ad elegantiam Græci authoris.
            - Imitatio
              - puerilis.
              - crescens.
              - adulta.
            - Paraphrasis: quâ brevia dicta dilatamus.
            - Contractio: quâ prolixa scripta cõtrahimus.
            - Tractatio novi operis oratorii; quod est vel
              - epistola
              - oratio
              - utraque
                - soluta.
                - ligata.
      - Linguæ: quæ item exercenda
        - privatim
          - legendo clarè Græca.
          - conferendo cum aliis.
        - publicè
          - recitando memoriter scriptum.
          - declamando.

- Lectio accurata & vtilis Græcorum authorum est
  - Euolutio eaque
    - Primaria, authorum veterum. Estque
      - Puerilis: legatur vnica
        - epistola
        - oratiuncula
        - & memoriæ mandetur.
      - Crescens: legantur tres.
      - Adulta: legantur variæ.
    - Secundaria, authorum recentiorum.
  - Obseruatio memorabilium. Estque
    - Examen sermonis: quod est vocum
      - Simplicium
        - Propriarum.
        - Tropicarum.
      - Conjunctarum: quæ sunt
        - Ornamenta
          - Dicta.
          - Similia.
          - Exempla.
        - Formulæ
          - Salutandi.
          - Respondendi, &c.
    - Comportatio in libellos memoriales: qui sunt
      - Onomastica: quæ fiunt vel
        - Iuxta seriem decem Prædicamentorum.
        - Ordine
          - Rerum: cùm certi tituli & loci communes constituuntur: vt fecit Hadrianus Iunius.
          - Disciplinarum: cùm fit Onomasticum
            - Metaphysicum.
            - Theologicum &c.
            - Dici non potest quàm præstās, hoc sit subsidium.
      - Lexica: in quibus obseruatur ordo
        - Alphabetarius.
        - Radicum seu Thematum & vocem inde deductarum.
        - Disciplinarum. Gustum huius rei exhibuimus in Compendio nostro philosophico.
      - Loci communes: qui continebunt
        - Ornamenta
        - Formulas
        - vt supra ostendimus pag. 100, 101, 103.

¶ *Ex hâc Tabellâ, φιλέλληνες, Calendarium eruere & extruere poteritis, hoc modo. Distinguitote annum, id est, duodecim menses, in quatuor Trimestria seu Quadrantes. Quilibet quadrans habeat πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφὴν, sicut Comœdia habet. Sed vt melius mentem meam percipiatis, introspicite sequentes Typos, eosq́ue æqui boni consulite.*

Studiosus linguæ Græcæ dispescat annum in quatuor spatia: quæ sunt

- Trimestre I. vbi mense
  - *Ianuario* studiosus huius linguæ perdiscat Grammaticam Græcam harmonicam, id est, in qua sit expressa conuenientia Græcæ & Latinæ linguæ.
  - *Februario* discat Græcam
    - Rhetoricam.
    - Logicam.
  - *Martio* euoluat Lexicon Harmonicum, in quo ostensa sit ratio conuenientiæ linguæ Græcæ & Latinæ.
- Trimestre II. vbi mense
  - *Aprili* legat epistolas Græcas.
  - *Maio* legat Orationes.
  - *Iunio* legat Poetas.
  - vbi
    - 1. examinabit sermonem
      - Simplicem
      - Conjunctum.
    - 2. Comportabit notatu digna in
      - Onomastica.
      - Lexica.
      - Locos communes
    - 3. Exercebit
      - Linguam
      - Memoriam
    - 4. Instituet analysin.
    - Sicut in Tabulâ præced. præscripsimus.
- Trimestre III. vbi mense
  - *Iulio* vigeat Metaphrasis, secundum tres gradus in tabula præced. designatos.
  - *Augusto* vigeat triplex Imitatio
    - Puerilis.
    - Crescens.
    - Adulta.
  - *Septembri* vigeat Paraphrasis; & huic contraria Contractio.
- Trimestre IV. vbi mense
  - *Octobri* scribantur epistolæ Græcæ: eæque sint
    - Veræ: cùm amicis scribendum.
    - Repræsentatiuæ:, cùm fingimus
      - Res: de quibus
      - Personas: ad quas
      - Scribere volumus. Et hic modus est vtilissimus.
  - *Nouembri* exerceatur stilus in scribendis orationibus solutis.
  - *Decembri* exerceatur stilus in conscribendis orationibus ligatis, seu Carminibus.

Primum Trimestre.

	Ianuarius.	Februarius.	Martius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			Examen tri-
31	Examen	menſtruum.	meſtre.

Secundum Trimeſtre.

	Aprilis.	Majus.	Iunius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	Examen	men-	ſtruum.

Tertium Trimestre.

	Iulius.	Augustus.	September.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
13	*Examen*	*men-*	*struum.*

Quartum Trimeſtre.

	Octobe r.	November.	December.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

CANO-

CANONES EXPLICANTES CALENDARIUM STUDII GRÆCI.

I. Omnes tibi veteres Græcos authores evolvendos, si fieri potest, certò statue: si quidem velis excellenter & cum voluptate Philologus Græcus evadere.

II. Quò melior quis author, eò plus operæ ac temporis, in illo evolvendo collocandum est.

III. Non simul omnes authores Græci evolvendi sunt: sed discrimen aliquod temporum est observandum.

IV. Est enim prima quædam & puerilis evolutio: est crescens: est adulta.

V. In primâ illâ unus solus author evolvatur.

VI. Crescens unum atque alterum percurrat.

VII. Adulta tandem & virilis evolutio liberè se exerat, & vagetur per veterum Scriptorum omne genus.

IIX. De comparatione singularum vocum in Lexica notentur tria. Primum est quòd in vocibus primitivis disponendis ordo alphabeticus observandus sit. Secundum est, quòd vocibus primitivis derivativæ, eæque tum simplices tum compositæ sint subjungendæ. Tertium est, quòd vocibus & primis & derivatis adijci debeant, 1. significationes, eæque tàm tropicæ quàm propriæ, 2. convenientia Epitheta & adjuncta, si voces adjuncta admittant. 3 oppositæ voces, seu Antitheta.

IX. Fiant etiam Synonymorum libelli, quibus Synonymiæ tum singularum vocum, tum integrarum phrasium contineantur.

X. Voces ac phrases seorsim ponendæ sunt pro discrimine Scriptorum: Demosthenis solæ, Biblicæ solæ, Homeri solæ, solæ Historicorum, quod quisque pro judicio suo, aut industriâ facito.

XI. Præcipuâ curâ notabis, quæ à præceptis communibus sunt aliena.

XII. Libelli memoriales fiant triplices. Vnus Ornamentorum: quò referantur insigniores sermonis universi seu conjuncti flores. Hic liber inscribatur Florilegium, sive Sylva acutiorum dictorum, similitudinum & exemplorum. Secundus libellus sit formularum materiæ. Hîc observe-

obſervetur ordo materiarum juxta cauſarum genera: de quibus in Rhetoricis agitur. Tertius denique ſit formularum contextus: ubi ſequemur ordinem partium orationis & formularum, quarum in partium orationis pertractatione uſus eſſe ſolet.

XIII. Ad Lectionem Novi Teſtamenti duo ſunt perquam neceſſaria. I. delectus librorum eſt habendus: ita quidem, ut eos primò legamus, in quibus ſtilus eſt facilior. Eſt autem ſtilus hiſtoricus fermè omnium facillimus. Matthæus in ſtilo eſt ſat facilis: Lucæ ſtilus eſt floridus & terſus: Marci mediocris: Joannis ſublimis. In Epiſtolis ſacris hîc ordo ſervetur. Primò legantur epiſtolæ catholicæ: deinde Epiſtolæ particulares Paulinæ, & quidem principiò breviores, deinde prolixiores. II. ſi quis volet operæ pretium facere in lectione Novi Teſtamenti, obſervet quatuor hellenismos.

Helleniſmi Novi Teſtamenti ſunt quatuor
- 1. *Hebraiſmus: in gratiam Iudæorum* ἑβραϊζόντων.
- 2. *Thalmudismus: in gratiam Iudæorum* θαλμουδιζόντων.
- 3. *Gentilismus*
  - *Atticiſmus*
  - *Latiniſmus*
  - *in gratiam* ἑλληνιζόντων & λατινιζόντων.
- 4. *Helleniſmus Septuaginta Interpretum.*

Hæc dicta ſunto de Studio Linguæ Græcæ.

MODUS

MODVS DISCENDI HEBRAICAM PHILOLOGIAM.

Studioso linguæ sanctæ quatuor sunt observanda.

I. Index authorum.
II. Ratio libellorum memoralium.
III. Typus studiorum horarius.
IV. Calendarium Hebraicum.

I.
QVINAM AVTORES HEBRÆI sint evolvendi.

- Authores Hebræi sunt
  - Grammatici
    - Rabbini seu Iudæi: in quibus excellit Elias Levita.
    - Christiani
      - Sebastianus Münsterus facilimus.
      - Franciscus Iunius subtilissimus.
      - Petrus Martinius μεθοδικώτατος.
      - Ioannes Buxtorfius, brevissimus in Compendio, accuratissimus in Thesauro.
  - Lexicographi: inter quos primas tenent
    - Mercetus, qui Thesaurum Santis Pagnini evulgavit.
    - Ioannes Buxtorfius, præceptor noster.
  - Didactici: iique
    - Sacri: ubi legendi
      - Primò Historici libri: in quibus stilus est facilimus.
      - Dehinc Prophetici libri.
      - Denique Poëtici libri.
    - Profani
      - Thalmudistæ.
      - Cabbalistæ: quorum ἀρέσκοντα primò omnium *pete* è
        - Galatio.
        - Reuchlino.
      - Philosophi & Medici Hebræi.

II.

QUOMODO LIBELLI MEMORALES in lingua sancta conficiendi.

Libelli Memoriales in lingua Hebræa erunt triplices.

- I. Vocabularia: in quibus notentur voces insigniores, additis figuris variis & annomalijs. Hic velim haberi rationem nominum propriorum Hebraicorum. Ea enim sunt σημαντικα, ita ut ex ijs possimus eruere alias voces Hebræas præsentissimo memoriæ subsidio.
- II. Phraseologiæ: in quibus consignentur varij Hebraismi, seu elegantiæ Biblicæ.
- III. Florilegia: in quibus notentur dicta insigniora & Biblica & Rahbinicia.

OBSERVATIONES.

I.

In lingua sancta non solùm observentur nomina propria, sed etiam nomina literarum & punctorum. Nam & ipsa sunt σημαντικα v. g. *Aleph*, princeps; *Beth*, domus &c.

II.

Harmonia in hac lingua est admodum evidens.

III.

Cum studio linguæ Hebraicæ conjungatur eadem opera studium linguæ Chaldaicæ, itemque Syriacæ.

III.

TYPVS HORARIVS STVDIORVM in linguâ sanctâ.

- **Horis**
  - Matutinis exerceatur memoria
    - Lectione Biblicâ: ut delineavimus in Calendario Catholico.
    - Ediscendis
      - Præceptis Grammaticis.
      - Lexicis.
      - Floribus & elegantiis.
  - Pomeridianis vigeat exercitium
    - Stili
      - Pingendo.
      - Resolvendo Biblia & vertendo.
      - Componendo.
    - Linguæ
      - Recitando clarè Hebraica.
      - Conferendo cum alijs.
  - Vespertinis
    - Legantur Biblia.
    - Ediscantur minutiæ
      - Grammaticæ.
      - Lexicæ.
      - Biblicæ & Rabbinicæ.
    - Repetantur diurnæ lectiones.

IV.

CALENDARIUM HEBRAICUM.

Studiosus linguæ sanctæ dispescat annum in quatuor trimestria.

- Primum: ubi mense
  - *Ianuario* / *Februario*: Grammatica plena discatur: adhibito Quadrato Hutteri.
  - *Martio* Lexicon percurratur: adhibito Cubo, itemque Globo Hutteri.
- Secundum: ubi mense *Aprili*, *Maio*, *Iunio*
- Tertium: ubi mense *Iulio*, *Augusto*, *Semptēb.*
  - (Secundum & Tertium) Legātur
    - Biblia ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας adhibitis commentariis
      - Christianorum.
      - Rabbinorū.
    - Authores Hebræi
      - Thalmudistæ.
      - Cabbalistæ.
      - Philosophi.
      - Medici.
- Quartum: ubi mense
  - *Octobri* scribantur Epistolæ Hebraicæ.
  - *Novembri* vigeat exercitium linguæ, in collegio quodam privato.
  - *Decembri* instituatur examen annuum.

¶ OBSERVATIO.

Quoniam maxima linguæ sanctæ difficultas versatur in doctrinâ Coniugationum, author sum, ut studiosus huius linguæ quinque septimanas seligat: sunt enim quinque formæ Coniugationum, videlicet 1. *Pakad.* 2. *Maza,* 3. *Galab.* 4. *Sab.* 5. *Kam. Singulis septimanis singulas formas perdiscat.*

Primum

Primum Trimestre.

	Ianuarius.	Februarius.	Martius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*strum.*

Secundum Trimestre.

	Aprilis.	Majus.	Iunius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*struum.*

Tertium Trimeſtre.

	Iulius.	Auguſtus.	September.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

Quartum Trimeſtre.

	Октober.	November.	December.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

OBSER-

OBSERVATIO.

Studiosus sanctæ linguæ ad dextram ponat Grammaticam, ad sinistram Lexicon, in medio Textum quem resolvet hoc modo.

I. *Ter quatérve legat Textum, quidque intelligere & explicare poßit ex sese, videat.*

II. *Adhibeat versionem.*

III. *Grammaticè & Lexicè resolvat, singula hoc modo:*

Sit textus:

בשם האב והבו והרוה הקדוש אמו:

.Amen hakkædósch verúach vehabbén haáb Beschem

בשם *est vox conjuncta è duabus.* כ *est litera servilis & labialis. Habet servile punctum, scheva. Separata vox est* שם, *quam memoriæ mandabis, si recorderis filij Noachi Schem. Schemi, est nomen meum.*

האב *est vox conjuncta, à radice* אבה. *Vocabulum* אב *memoriæ mandabis, si recorderis Latinæ dictionis* Ab, *vel nominis* ABraham *vel* ABschalom. *Hæc vox declinetur & deducatur per affixa & præfixa.* ה *quæ huic dictioni hîc præfigitur, est articulus Genitivi, Litera servilis & gutturalis. Eodem modo procedatur in reliquis vocibus.*

Itaq; in Analysi

I. *Reducantur Literæ ad suas classes.*

II. *Ostendatur ratio punctorum.*

III. *Ostendatur modus radices mandandi memoriæ.*

IV. *Vox separata deducatur per collegium affixorum & præfixorum.*

RATIO PHILOSOPHICI STVDII.

Expoſita eſt ratio ſtudii Philoſophici: quod reſtat, accingemur ad exponendũ modum diſcendi Philoſophiã. Quatuor hîc itidẽ ſunt notãda.

I. Index authorum.
II. Ratio locorum communium.
III. Typus ſtudiorum horarius.
IV. Calendarium Philoſophicum.

I.
INDEX AVTHORVM IN ſtudio Philoſophiæ.

Philoſophiæ Doctor ſeu Profeſſor futurus cupit vel totam Encyclopædiam docere, vel ejus partem. Qui totam docere publicè profitendo ſatagit, det operam, ut habeat Bibliothecam probè à Philoſophis quà veteribus quà recentioribus inſtructam. Qui verò unicam Encyclopædiæ partem docere vult, principio reliquas Philoſophiæ partes percurret, ut eorum principia & fundamenta utcunq; aſſequatur: dein ex profeſſo & fundamentotenus eam diſciplinam cognoſcat, ad cujus ſtudium animum ſuum planè adjecit. Conficiat ſibi cumprimis Indicem authorum putà Logicorum, Hiſtoricorum, Ethicorum, &c. Regulæ generales de iſtorum authorum evolutione ſunt iſtæ.

I. Emantur authores qui ſcripſerunt præcepta vera, perſpicua, methodica, uſui apta, propria iſti diſciplinæ, rectè collocata & connexa inter ſe, adæquata denique, quæ neq; ſint redundantia neq; mutila.

II. Primò diſcantur Compendia, ſive Synopſes: in quibus præcepta, id eſt definitiones & diviſiones, item regulæ traduntur.

III. Præceptis cognitis evolvantur Commentaria: quorum requiſita ſunt, ut ſint vera, perſpicua & illuſtria, præceptis accommodata, denique concinna, id eſt ne nimiùm brevia aut longa.

IV. Semper generalia ſpecialibus, ſimplicia compoſitis, brevia prolixis, facilia difficilibus, abſoluta reſtrictis, doctrinalia oratoriis, id eſt, ea quæ ad nudam & puram mentem pertinent, illis quæ ad affectum ſive delectationem & ornatum, atq; adeo veſtitis, denique propria impropriis præmittantur.

V. Studioſus in quâlibet diſciplinâ unum excellentem ſibi proponat. Ex uno enim univerſa haurire eſt ineptum. Nam, Omnia non uni dat ſua dona Deus. Interim hi ſequentes erunt inſtar omnium, Ariſtoteles, Scaliger, Zabarella, Keckerman. Hi quatuor erunt duces in curriculo philoſophico.

VI. Candidatus Philoſophiæ in quâlibet diſciplinâ proprio Marte formet ſibi Synopſin. Nam noſtra impenſiùs amamus, & citiùs memoriæ mandamus.

RATIO

II.

RATIO LOCORUM COMMUNIVM Philoſophicorum.

Locorum Communium Philoſophicorum conſideratur tum Partitio, tum modus ſive ratio: id eſt, Diſtributio generis in ſpecies, & integri in membra. Diſtributio Locorum Philoſophicorum peti poteſt ex ſubjecta Tabella.

- **Loci communes Philoſophici ſunt vel**
  - Adverſarii & indigeſti; in quibus promiſcuè notamus ea quæ audimus, videmus & legimus, ſecundùm ſucceſſionem annorum, menſium & dierum: unde & Ephemerides & Diaria nominantur.
  - Digeſti: iique
    - Lexici qui primariò ſpectant ad Philologum, ad Philoſophum ſecundariò. In iis notantur tituli formularum, phraſium & vocabulorum elegantiorum.
    - Technologici: quorum volumen eſt
      - Generale, quod eſt omnium minimum: in quo notari debent generaliſſima præcognita ſeu anticipata ad omnes diſciplinas.
      - Speciale: in quo loci
        - Paradigmatici ſeu nominales: ijque quantum ad
          - Species
            - Grammatici
            - Rhetorici
            - Logici
            - Sumantur Syſtemata excuſa & interſeratur charta pura; quæ erit in quarto ſi liber excuſus ſit in octavo.
          - Partes vbi eſt volumen
            - Logicum bipertitum
              - I. de Præceptis.
              - II. de uſu Logico.
            - Rhetoricum tripertitum
              - I. Præceptorum.
              - Vſus Rhetorici. Eritque
                - II. Oratoriũ.
                - III. Epiſtolare
        - Didaſcalici ſeu reales, quorum conſid.
          - Species. Tot eſſe debent volumina diſtincta quot ſunt diſciplinæ. *Vide ſupra diviſionem diſciplinarum pag. 35. 36 37.*
          - Modus. Hæc enim volumina ſunt vel
            - Ordine alphabetico concinnata.
            - Technologicè ordinata, & naturali methodo digeſta, quorũ conſid.
              - Species quod alia ſunt
                - contẽplativa
                - operativa
                - *Vide ap. par. Pract. Kecker.*
              - Modus. In quolibet loco ſint VI. tituli, vel ſubtitulis prout ſequens Diagramma indicat.

Materia.

Textus seu præcepta.	*Explicatio Præceptorum.*	*Quæstiones.*
Materia est principium passivum, quod cum formâ corpus naturale primò componit & constituit. Estque vel Prima, vel Secunda. Prima est, quæ semper manet simplex, & nunquam fit composita. Ea consideratur vel absolutè, vel relatè tùm ad formam tum ad totum compositum, &c.	Materia dicitur à nomine μήτηρ Doricè μάτηρ. Græcè ὕλη. Dicitur principium passivum: quia est otiosa in se spectata. Est enim radix potentiæ. Omnis autem operatio est à formâ. Nihilominus tamen est & dicitur Principium, ratione sui materiati.	I. An materia prima sit Ens imaginarium? N. II. An materia prima sit ens actu? A. III. Quódnam sit discrimen inter materiam primam Aristotelicam & Mosaicam? &c.

Materia

Materia

Obiectiones.	*Regulæ & Diſtinctiones.*	*Teſtimonia Philoſophorum.*
I. Omnis materia eſt ſenſibilis. Materia prima non eſt ſenſibilis. Ergo non eſt. II. Quicquid eſt, eſt ſpecies Entis. Materia prima non eſt ſpecies Entis. Ergo, Materia prima non eſt. &c.	I. Materia eſt ens incompletum. II. Materia & formâ ſunt partes rei eſſentiales. III. Materia prima eſt generaliſſimum illud, in quo omnia corpora naturalia conveniunt. IV. Materia prima eſt præexiſtens, vel coexiſtens. V. Materia prima non eſt ſenſilis per ſe & immediatè.	Indicentur Authores præcipui, qui de materiâ in genere, & in ſpecie de materiâ. primâ ſcripſerunt. Loca allegentur, & elegãtiora dicta annotenur verbi gratiâ: *Ariſtotel. text.* 81. *l.* 1. *Phyſ.* Materia ornari cupit à forma, tanquam fœmina à viro. Confer. *Piccol. l.* 2. *de materia. c.* 11.

Regulæ observandum in colligendis locis communibus Philosophicis respiciũt vel

- Ordinem disciplinarum: ubi oportet
  - Incipere à propœdiâ: id est, à
    - Grammaticâ.
    - Rhetoricâ
    - Logicâ.
  - Pergere ad pædiam vel
    - Totam, id est Philosophiã
      - Contemplativam.
      - Operativam.
    - Partem; in quâ cupimus excellere.
- Modum colligendi. *Vide tabel. seq.*
  - Desinere in individuis, quæ non exemplificant, ut loquuntur, h. e. non possunt referri ad certam aliquam disciplinam, sed ad varias pertinent. Alia est ratio individuorum, quæ dicuntur exemplificantia. Nam illa subjiciuntur artium regulis, tanquam vades.

Modus

Modus colligendorum Locorum communium Philosophicorum est

- Pimò
  - Solitarius: cùm ipsi pro nobis soli scitu digna colligimus.
  - Socius; quando conjungun guntur operæ: qui modus omnium est optnmus. Ita que tres quatuorve vel
    - Ipsi
      - Legant varios authores de eodem loco.
      - Consignent domi ἀξιομνημόνευτα *in chartâ.*
      - Conveniant postea, & singuli suas gazas in commune conferant.
    - Lectorem seu Anagnosten alant.
- Secundò
  - Objectivus: ut cogites quid illud sit, quod in locis est notandū: videlicet est
    - Præcognoscendum: ideoque pertinet ad
      - Archelogiam.
      - Hexilogiam.
      - Technelogiā.
      - Didacticam.
    - Cognoscendum: idque est
      - Directum: estque vel
        - Res
          - Vniversalis, quæ notetur Systemate distinguendo.
            - Præcepta.
            - Regulas.
            - Commentaria.
          - Singularis
            - Exēplificans: & hoc notetur ad Systema suum.
            - Non exemplificās: & hoc notetur ordine alphabetico.
        - Rei signum Estq;
          - Verbum
            - simplex.
            - coniunctū
          - Modus seu norma.
            - Prima, Logica.
            - Orta
              - Rhetorica.
              - Poëtica
      - Indirectum: ut est explicatio loci alicui⁹ difficilis & obscuri in authore.
  - Subjectivus: *Tabulam sequentem*.

Modus

Modus Subjectivus est quo cogitamus de subjecto notationis, quod est Volumen

- Subsidiarium, quod etiam vocatur Succenturiatum & Secundariũ. Idque vel
    - Alphabetarium, quod diſtinguitur in Alphabetum unum vel plura ejuſdem diſciplinæ.
    - Adveſarium, in quo obvia quæque notamus, ſecundùm ordinem dierum: his regulis obſervatis
        - I. Quilibet ſibi adornet tales Ephemerides: alij vocant Diaria & volumina memoralia.
        - II. Incipias à certo anni tempore: putà Calendis Ianuarij.
        - III. Singulis annis ſingulos libros conficias, id eſt, finito anno novum ad manus ſumas. Nam volumina Locorum Comm. debent eſſe portatilia.
        - IV. Paginæ certis numeris notentur, putà anni, menſis, diei, horæ.
        - V. Addatur nomen loci.
        - VI. Si domi ſis, non eſt quòd referas multa in volumen adverſarium. Id facias, ſi ſis occupatus vel peregrineris. Sed ita facies, ut poſtea tranſcribas in Digeſta.
        - VII. Peregrinantes poterunt pro ſingulis provinciis adornare Adverſaria, verbi gratiâ, Adverſarium Germaniæ, Italiæ: vel etiam Vrbibus, v. g. Adverſarium Baſilienſe &c.
        - VIII. Semper ad manum habebis pugilres.
        - IX. Qui domini verſantur, habebunt tria Diaria
            - I. Pro rebus univerſalibus & ſingularibus.
            - II. Pro normis Logicis & Poëticis.
            - III. Pro verbis.
- Primarium ſeu Digeſtum. *Vide Tabulam ſequentem.*

Prima-

- Primarium notationis Volumen seu Digestum est
  - Minus principale & imperfectius. Idque vel
    - Tuum: estque
      - Alphabetarium
        - Præparatum: vbi antequam incipias colligere, tituli scribuntur juxta seriem Alphabeti.
        - Successiuum: cùm notamus, prout quidlibet pro re natâ occurrit: vt si hodie legas aliquid de Senectute, ponas titulum: cras de bello, &c.
      - Reali ordine digestum: quando quisque pro suo arbitrio sibi constituit ordinem Locorum communium.
    - Alienum: cùm sequeris alterius ordinem vel in
      - Rebus. Et hoc volumen est
        - Plenius
          - Theodori Zvvingeri.
          - Thomæ Freigii.
        - Contractius: cùm tantùm sequeris titulos Loc. Comm. in doctrinâ virtutum & vitiorum: vt si disponas juxta decem præcepta Decalogi, vel decem Prædicamenta; vt fecit Sturmius.
      - Verbis: quæ sunt
        - Simplicia: quorum volumen est
          - Alphabetarium. Talis ordo in Lexicis.
          - Vero ordine digestum. Sic Sturmius distinxit vocabula secundùm ordinem prædicamentorũ per classes disciplinarum: verbi gratiâ, vocabula Substantiæ in Theologiâ, Physicâ, &c.
        - Conjuncta seu phrases. Eæque colliguntur ordine
          - Alphabetario.
          - Reali: putà secundùm decem prædicamenta.
          - Fortuito: prout quidlibet occurrit. Velim hîc chartam inseri Phrasibus Manutii vel Dietherii, easque augeri.
  - Principale.

III.

TYPVS HORARIVS STVDII Philoſophici.

- Studioſus philoſophiæ horis
  - Matutinis exerceat Memoriam, legendo
    - Præcepta.
    - Canones.
  - Pomeridianis vigeat exercitium
    - Manus, ſeu ſtili, quoad
      - Geneſin: eſtque
        - Adornatio Locor. commun.
        - Scriptio
          - Epiſtolarum.
          - Orationum.
      - Analyſin.
    - Linguæ: eſtque
      - Collatio.
      - Diſputatio.
  - Veſpertinis
    - Inſtituat examen diurnum.
    - Memoriæ mandet Præcepta & Canones ſub ingreſſum lecti.

TABVLA QVINQVAGESIMAPRIMA.

IV.

CALENDARIVM STVDII PHIloſophici.

- Studioſus philoſophiæ diſcat vel
  - Compendium philoſophiæ univerſæ: & hîc annum diſpeſcet in quatuor Trimeſtria: & evolvat
    - Primo, Diſciplinas contemplatrices.
    - Secundo, Operatrices prudentias.
    - Tertio, artes operatrices.
    - Quarto, inſtituat examen & ἀνακεφαλαίωσιν eorum quæ didicit nouem ante greſſis menſibus: hoc modo, menſe huius Trimeſtris
      - Primo diſciplinas theoricas
      - Secundo actiuas ſeu practicas
      - Tertio factiuas quas Græci vocant ποιητικάς
      - repetat.
  - Diſciplinam vnicam. Hanc dividat in 12. partes pro numero menſium; & quotidie ſe exerceat eo, quem in typo deſcripſimus modo. verbi gratiâ; Si quis Metaphyſicam ita diſcere velit, vt eam aliquando publice doceat, eam diſpeſcat in duodecim partes pro numero menſium.
  - Totam encyclopœdiam ex profeſſo. Et hîc requiritur ſexennium, quod proportionaliter eſt dividendum pro numero & amplitudine diſciplinarum philoſophicarum.

Primum Trimestre.

	Ianuarius.	Februarius.	Martius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*struum.*

Secundum Trimeſtre.

	Aprilis.	Majus.	Iunius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

Tertium

Tertium Trimeſtre.

	Iulius.	Auguſtus.	September.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

Quartum Trimestre.

	October.	November.	December.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*struum.*

OBSERVATIO.

Philosophia, ratione Sectarum, hodie potissimum est triplex, Aristotelica, Ra-[illegible]a, Lulliana. Triplex igitur requiritur Calendarium: nisi quis velit conjun-[illegible]ere. Ratio vero Calendarii Lulliani præscribitur ab ipsemet Lullio, in arte [illegible]agna, part. 13.

RATIO

RATIO THEOLOGICI STVDII.

Diximus de ratione ſtudii Philoſophici : ad rationem ſtudii Theologici jam, Deo nos juvante, progrediemur. Hîc itidem quatuor delineanda ſunt ſtudioſo Theologiæ.

I. Index Theologorum qui legendi.
II. Ratio Locorum communium.
III. Typus ſtudiorum horarius.
IV. Calendarium Theologicum.

I. INDEX THEOLOGICORUM, qui legendi.

Theologi ratione
- Sectarum ſunt
  - Orthodoxi : iiq;
    - Breviores ; qui legendi de puncto ad punctum.
    - Prolixiores ; qui legendi ſunt per Indices.
  - Heterodoxi : iiq;
    - Veteres ; qui non legendi à junioribus.
    - Recentiores ; ubi ii potiſſimùm legendi, qui pertractarunt controverſias, quæ in viciniâ noſtrâ agitantur.
- Rerum & Methodi ſunt vel
  - Theorici : ii que vel
    - Breviores, Catechetici : ubi excellunt apud
      - Paptiſtas, Caniſius.
      - Lutheranos, Lutherus & Catecheſis Gieſſena.
      - Noſtros, Catecheſis Heidelbergenſis, & Explicatio Vrſini.
    - Prolixiores : iiq;
      - Didactici ſeu methodici qui tractarunt.
        - Locos communes.
        - Syſtemata methodica.
      - Analytici ſeu Exegetici, qui ediderunt commentaria in Sacra Biblia.
      - Polemici, qui controverſias tractarunt.
      - Hiſtorici, qui hiſtoriam Eccleſiaſt. ſcripſerunt.
  - Practici : qui Poſtillas, methodos concionandi, & Caſus conſcientiæ ſcripſerunt.
- Temporis
  - Veteres: iique
    - Patres Eccleſiaſtici
      - Græci.
      - Latini.
    - Doctores Scholaſtici : quorum triplex eſt ætas.
      - I. à Lanfranco ad Albertum Magnum.
      - II. ab Alberto uſque ad Durandum.
      - III. à Durando uſque ad Lutherum.
  - Recentiores.

(Patres Eccleſiaſtici, Doctores Scholaſtici:) Vide theſaurum noſtræ chronologiæ.

II.

RATIO LOCORVM COMMUNIUM in studio Theologico.

Studiosus Theologiæ cupit docere vel in

- Ecclesiâ. Is adornet sibi duo Locorum communium volumina
  - Vnum erit Theoricum: cujus ratio à nobis describitur paulò pòst, pag. 138. 139.
  - Alterum erit Practicum: in quo notabit
    - Formulas.
    - Ornamenta

    quib. uti queat in concionando.

  Hâc de re videas consilium Excellentiss. Keckermanni in Rhetoricâ Ecclesiast.
- Scholâ. Hic præparet sibi Locorum communiũ duo volumina; quorum
  - Primum contineat disputationes locorum communium. Vbi hæc est cautio, ut controversiæ veteres obiter tractentur, recentiores, & nominatim in viciniâ nostrâ agitari solitæ, eo modo, ut factum est in theologiâ nostrâ Polemicâ.
  - Secundum persequatur disputationes, quæ de præcipuis scripturæ locis moventur.

TYPUS

III.
TYPVS HORARIUS STVDII Theologici.

Studiosus Theologiæ horis

- Matutinis
  - IV. & V. legat caput Biblicum cursoriè, sed tamen diligenter. Hic recurrat ad Calendarium Biblicum. Vtatur etiam memorabilibus Biblicis Vulteii, Gualtheri, Kyseri, Spangenbergii, Martini, Schröderi.
  - VI. & VII. Exerceat memoriam legendo methodicum Systema unius authoris.
  - VIII. & IX. Evolvat locos communes, ita ut sit symphonia inter Locum communem & lectionem systematicam.
- Pomeridianis
  - I. Accingatur ad Locorum communium impletionem. Hoc non ita accipi à te velim, vt hæc solùm hora sit dicta huic exercitio. Nam quoties aliquid legis, audis &c. id referendum est in locos communes. Hæc autem hora principaliter isti exercitio deputanda est, meo quidem judicio.
  - II. Exercitium Philologiæ vigeat. Repetat ea Candidatus noster, quæ didicit in linguis.
  - III. Philosophiam percurrat, ut ne dediscat ea, quæ didicit.
  - IV. Evolvat Commentaria; at non omnia, non integra, sed per capita & indices. Meminerit etiam, stili exercitium linguæque cumprimis necessarium.
- Vespertinis
  - VII. Legat Historiam Ecclesiasticam.
  - VIII. Repetat ea, quæ interdiu didicit.
  - IX.
    - Exerceat memoriam, ediscendis quibusdam.
    - Legat caput Biblicum, in linguâ
      - Originali.
      - Latinâ.
      - Maternâ.
    - Fundat preces.

unici exempli appo-

Locus Communis.

Textus seu præcepta Theologiæ didacticæ.	*Explicatio textus.*	*Quæstiones seu Problemata.*
Deus est ens independens. In Deo consideratur tum Vnitas, tum Trinitas. Vnitas est ratione Essentiæ, in quâ sunt proprietates essentiales. Istæ sunt absolutæ vel relatæ &c. Trinitas est ratione personarum, quæ sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.	Vocabulum Deus est Græcè originis. Deducunt παρὰ τοῦ θεᾶσθαι: vel à nomine Διός, vel ab Hebræo די Dai, id est Sufficientia. Deus vocatur Ens. τὸ Ens est genus analogicum, quod vocant πρὸς ἕν sive ἀφ' ἑνός. **Cautio.** *Studiosus non existimabit locos communes esse semel & simul implendos. Hic enim est Loc. Commun. usus, ut obvia quæque quotidiè in iis consignentur.*	I. An Deus sit in prædicamento Substantiæ? Resp. Distinguendo. Non est directè, sed indirectè, id est, κατ' ἀναλογίαν. Nam Dei nullum est genus univocum. II. An ullum possit dari nomen Dei essentiale? III. Quotuplicia sint Dei nomina? IV. Quid statuendum sit de nomine tetragrammato יהוה Iehovah? V. An è nomine אלהים Elohim possit probari mysterium SS. Trinitatis? **Nota.** *De ratione studii Theologici lege Suilovium, Perkinsum, Hyperium, Aretium, Osiandrum.*

NIUM IN THEOLOGIA
ſitione declarata.

De Deo.

Obiectiones ſeu Theologia polemica.	*Canones ſeu Theoremata & Reg.*	*Teſtimonia ſeu Theologia analytica.*
I. Scriptura teſtatur multos eſſe Deos. Ergo non tantùm eſt Vnus. Reſp. Eſt fallacia homonymię. Nam magiſtratus vocantur Elohim, id eſt, Dii. II. Deus quievit die ſeptimò. Ergo eſt mutabilis: ac proinde non eſt independens &c. III. Deus pœnitudine ducitur. Ergo eſt mutabilis. Reſp. ad utrumque Multa dicuntur de Deo ἀνθρωποπαθῶς, quæ intelligenda ſunt θεοπρεπῶς.	I. Dei nomen ſumitur aut proprie; idque tum οὐσιωδῶς, tum ὑποστατικῶς: aut impropriè: idque vel per concesſionem & μίμησιν, cùm S. Scriptura agit de falſis diis; vel nuncupativè, ſeu κατ' ἀναλογίαν, cùm agit de diis, non naturâ, ſed donorum & officii ratione. II. Vnum ratione eſſentiæ, & & trinum ratione perſonarum non opponuntur. III. Proprietates Dei à priori non differunt.	*Deut.* 6. ℣. 4. Audi Iſrael, Iehova Deus noſter Iehova unus eſt. 1. *Ioan.* 5. ℣. 7. Tres ſunt in cœlo, qui teſtantur, Pater, Λόγος & Spiritus. Et hi tres Vnum ſunt. Huc refer teſtimonia Sibyllarum & Ethnicorum de Vnitate Dei: dicta Patrum de SS. Trinitate: itemque aliorum Theologorum orthodoxorum.

IV.

RATIO CALENDARII IN studio Theologico.

Studiosus Theologiæ tribus modis potest sibi Calendarium conficere, & speculi instar proponere:

- I. Mensem dividat in quatuor septimanas. Et
  - Primâ Philologiam
  - Secundâ Philosophiam
  - Tertiâ Theologiam
  - } discat.
  - Quartâ instituat examen seu repetitionem eorum, quæ didicit in Philologiâ, Philosophiâ, Theologiâ.
- II. Authores certos sibi seligat: & quidem quotidie legat authorem
  - 1. Catecheticum.
  - 2. Didacticum.
  - 3. Analyticum.
  - 4. Polemicum.
  - 5. Historicum.
  - 6. Ecclesiasticum seu Practicum.
  - } Diem igitur partiatur in senas partes seu horas. Istos autores ordine percurrat à capite ad calcem. Hic poterit vel singulis mensibus, novum sibi sumere, ita ut habeat 12. Scriptores Catecheticos, totidem Didacticos, &c. Vel poterit singulis semestribus, trimestribus. &c. novum in quolibet ordine sumere: vel denique poterit singulos authores sive libros in 12. membra pro numero mensium, partiri ita ut singulis mensibus singula membra, & ita singulis annis singulos autores percurrat.
- III. Annum dividat in duo semestria,
  - Primo evolvat authores sex istarum classium: primo mense Catecheticum, secundo Didacticum, & sic deinceps.
  - Altero idem faciat, vel in iisdem vel in aliis authoribus.

Primum

Primum Trimestre.

	Ianuarius.	Februarius.	Martius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men*	*struum*

Secundum Trimeſtre.

	Aprilis.	Majus.	Iunius.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

Tertium

Tertium Trimeſtre.

	Iulius.	Auguſtus.	September.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*ſtruum.*

Quartum Trimestre.

	October.	November.	December.
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31	*Examen*	*men-*	*struum.*

RATIO

RATIO IVRIDICI STVDII.

Studiosus Iurisprudentiæ sequentia obseruare poterit.

I. Quinam Authores sint euoluendi.
II. Quæ ratio Locorum Communium.
III. Typus horarius qualis obseruandus.
IV. Calendarium Iuridicum.

I.

AVTHORES IVRIS.

Authores Iuris sunt
- Primarii iique vel
  - Cæsarei compilatores
    - Institutionum.
    - Digestorum seu Pandectarum.
    - Codicis.
    - Nouellarum.
  - Pontificii seu Canonici.
- Secundarii: videlicet Iuris Interpretes
  - Vetusti
  - Recentiores
  - Hic non ab re fuerit, si tyro in manum sumat Iurisprudentiam Vulteji, vel Dicæologicam Althusii, eamque sibi priùs reddat familiarem, quàm accedat ad lectionem corporis juris.

¶ *Catalogum ICtorum vide in thesauro nostra Chronologia.*

II.

RATIO LOCORVM COMMVNIVM.

Studiosus juris comparabit sibi locorum communium

- Philosophicorum volumen
  - Ethicum. Sumet Ethicam Keckermanni & ad marginem latiorem, vel in chartâ purâ insertâ notabit vtiliora.
  - Oeconomicum
    - Generale. Accipiet Oeconomicam Keckermanni.
    - Speciale. Adornabit sibi peculiarê librum, in quo disponet titulos eodem planè ordine, quo sunt dispositi in Oeconomicâ generali.
  - Politicum
    - Generale. Huius titulos petet è Keckermanno.
    - Speciale: in quo disponet titulos particulares, qui pertinent ad Reipubl. statum in istâ regione vel vrbe, in quâ victurus est.
- Iuridicorum volumen. Iuris autem tituli sunt
  - Communes; de
    - Regulis juris.
    - Verborum significationibus.
  - Speciales, qui explicantur in jure
    - Cæsareo: cujus
      - Epitome in IV. libris Institutionum.
      - Commentarius in
        - Pandectarum libris L.
        - Codicis XII. libris.
        - Nouellis.
    - Canonico; quod habet authores
      - Certos: vt sunt Canones
        - Bonifaciani.
        - Gregoriani.
        - Clementini.
      - Incertos: vt sunt Canones Extravagantes.

ADMO-

¶ ADMONITIO.

Velim autem Studioſos Iuris ita adornare ſuos locos communes, vt chartas puras in folio interſerant Inſtitutionibus, Pandectis, Codici, &c. in quarto. Sex erunt ſubtituli horum locorum. I. Textus eſt excuſus, cui in margine latiore adiicientur præcepta alia. II. Explicatio textus. III. Quæſtiones. IV. Obiectiones. V. Regulæ. VI. Authoritates. Binas igitur chartas puras interſerat ſingulis excuſis, easque rite dividet, adhibitis coloribus, in certas cellulas & columnas.

III.

TYPVS HORARIVS
Studii juris.

- Studioſus juris, horis
  - Matutinis, memoriam exercebit.
  - Pomeridianis
    - Stilum
    - Linguam
    - exercebit
      - Scribendo.
      - Practicando, vt ita loquar.
      - Conſulendo.
      - Conferendo.
      - Diſputando.
  - Veſpertinis
    - evolvat Hiſtoricos.
    - repetat interdiu peracta.
    - mandet memoriæ alia.

IV.

RATIO CALENDARII
Juridici.

Calendarium Iuris sequentibus modis confieri potest

I. Poterit Studiosus, quem informamus, annum dispescere in quatuor Trimestria: ita vt
- Primo, Institutiones
- Secundo, Pandectas
- Tertio, Codicem
- Quarto, Ius Canonicum

præcipuè euoluat.

II. Vel sit hoc Studium Menstruum: ita vt singulis Septimanis singulos istos libros euoluat.

III. Vel poterit denique Corpus vtrumque sic distinguere, vt quotannis semel percurrat: sicut in Calendario Biblico factum videmus.

RATIO

RATIO MEDICI STUDII.

Studiosus Medicinæ quatuor illa, ad ravim usque decantata, observabit: ut sunt,

I. Index Authorum.
II. Ratio Locorum communium.
III. Typus Studiorum Horarius.
IV. Calendarium.

I.
AUTHORES.

Medicinæ candidatus evolvet Authores veteres & recentiores, Galenistas & Paracelsistas: imò & Empiricos. De his vide in Thesauro nostræ Chronologiæ.

II.
RATIO LOCORUM communium.

Cùm Studiosus medicinæ
- Peregrinatur, adornabit sibi volumen Adversarium seu Diarium.
- In loco uno agit
  - Chartam puram interseret nobiliori alicui Scripto, ut observatu digna annotet.
  - Herbarium vivum adornabit.
  - Enchiridion habebit, in quo juxta seriem alphabeti scribat optima experimenta.

III.
TYPVS HORARIVS STVDII Medici.

Studiosus Medicinę horis

- Matutinis exerceat memoriam.
- Pomeridianis
  - Ingrediatur officinas, tempore hyberno.
  - Expatietur ad dignoscendum & colligendum simplicia, tempore æstivo.
  - Conferat cum
    - Empiricis.
    - Doctoribus.
    - Sodalibus.
  - Visitet ægrotos.
- Vespertinis
  - Ruminet acta diei.
  - Commendet aliquid memoriæ.

IV.
RATIO CALENDARII Medici.

Studiosus Medicinæ, Calendarium ne negligat: sed probè pensitet, quænam vel qualia per totius anni decursum, debeat & possit effectui dare.

Absolvi, per DEI gratiam, CONSILIARIUM ACADEMICUM. Confido hunc excitaturum esse alios, quibus major relicta est gloriæ materia.

Tu JESU CHRISTE benedic nostris laboribus! etiam JESU benedic! Amen.

FINIS.

CONSI-

CONSILIVM IOHANNIS HENRICI ALSTEDII,

De Copiâ Rerum & Verborum.

POTERAM colophonem imponere huic Scripto, Lector benevole, quum titulum spectabam: sed tuum commodum, meumq; tibi gratificandi studium quum spectabam, non poteram. Id enim mihi curæ & cordi est, ut viam compendiariam studiorum pro virili meâ tibi commonstrem. Hoc feci hactenus: sed AuctarI loco tibi dono CONSILIUM meum DE COPIA RERUM ET VERBORUM. De copiâ dico utrâque. Quia nempe video Studioso utramque esse, vel saltem debere esse propositam. Nam qui consecutus est id per DEI gratiam, ut copiam rerum & verborum habeat: næ! ille multum profecit. Fideliter igitur tecum agam: quidque mihi videatur eâ de re, paucis exponam. Tu utere, fruere.

Copiam rerum quatuor Sigillis ceu Clavibus contineri & reserari ajo, testor.

PRIMUM est sigillum *Enclyclopædiæ*. Oblato enim themate, illud deducendum est per omnes & singulas disciplinas: exempli gratiâ, de *Pane* verba facturus consideret eum *Metaphysicè*, ratione veritatis, bonitatis perfectionis &c. *Physicè*, ratione materiæ, formæ, privationis generationis &c. *Theologicè*, ratione DEI, hominis utentis vel abutentis &c. *Oeconomicè*, ratione matrisfamilias, pistoris, &c. Hoc memorandi & amplificandi artificium pro singulari habeas velim. Necessum autem est in promptu habere Technologiam, ex quâ pervideri queat singularum disciplinarum nexus: ut hâc ratione ex unâ in aliam ritè progrediare. Oportet insuper titulos disciplinarum tenere memoriâ, ut eos de propositâ materiâ recte enunties.

SECUN-

SECUNDUM Sigillum eſt *Univerſitatis*: quo fit ut omnia de omnibus dici poſſint, affirmando vel negando: propriè vel impropriè &c. Exempli gratiâ, de *Homine* dici poteſt, quòd ſit deus, angelus, diabolus, lupus, planta, ovis, ſerpens, columba &c. *Vide Brunum de Lamp. Combinat. Lullian. cap. 2. membro 2.*

TERTIUM Sigillum eſt *Authoritatis*: quo fit, ut oblato themate aliquo, ſumatur ad manum liber aliquis, qualis qualis ille ſit; & obvia quæque de propoſito themate enuntientur. Verbi gratiâ: ſi de *Prudentiâ* tibi ſermo fuerit habendus, accepto Pſalmo primo, qui ſe tibi primò offeret hoc pacto diſſeres. Prudentia eſt, quæ hominem ad *beatitudinem* perducit. Hâc *vir* differt à puero & fatuo. Prudens eſt *qui* de rebus agendis rectè conſulit, & meditando præſentia, & recolendo præterita, & providendo futura. *Non* eſt qui tantùm penſitat, quæ ſunt κατὰ πόδας, &c. Sic totum Pſalmum percurres. Ad eundem modum, ex initio Lib. I. Æneidos, probabis mundum eſſe æternum vel non æternum.

QUARTUM Sigillum eſt *Alphabetum Lullianum*, quod nos ſequente diſpoſitionis veſte, in gratiam philoſophantium, ornavimus.

Principia artis Lullianæ sunt

			B	C	D	E	F	G	H	I	K
I. Subjecta: eaque	Simplicia: quæ semper sunt subjecta: in circulo. S.		Deus.	Angelus	Cœlum.	Homo.	Imaginativa.	Sensitiva.	Vegetativa.	Elementativa.	Instrumentativa.
	Mixta: quæ modo Subjecta, modo Prædicata eaq; considerantur	Naturaliter: in circulo. I.	Quantitas.	Qualitas	Relatio.	Actio.	Passio.	Habitus.	Situs.	Tempus	Locus.
	Moraliter	Virtutes: in circulo VV	Iusticia.	Prudentia.	Fortitudo.	Temperantia.	Fides.	Spes.	Charitas	Patientia.	Pietas.
		Vitia: in circulo VV	Avaritia.	Gula.	Luxuria.	Superbia.	Acedia.	Invidia.	Ira.	Mendacium.	Inconstantia.
II. Prædicata eaque	Absoluta: in circulo A		Bonitas	Magnitudo.	Duratio.	Potestas.	Sapientia.	Voluntas.	Virtus.	Veritas.	Gloria.
	Respectiva: in circulo T		Differentia.	Concordantia.	Contrarietas.	Principium.	Medium	Finis.	Majoritas.	AEqualitas.	Minoritas.
III. Quæstiones sive Regulæ in circulo Q.			Vtrum.	Quid.	De quo	Quare.	Quantum.	Quale.	Quando.	Vbi.	Quomodo. Cum quo.

PRAXIS ALPHABETI LULLIANI.

I. Quoties offertur Thema simplex, considera ad qualenam subjectum pertineat. Deinde prædicata absoluta de illo effer: hâc lege, ut unumquodque prædicatum absolutum deducas per singula respectiva. verbi gratiâ, *Hominis bonitas* consideratur, quatenus *differt* à bonitate *Dei, Angeli, Cœli, &c.* quatenus *concordat* cum iisdem: quatenus contrariatur *avaritiæ, gulæ, &c.*

II. Cùm offertur thema compositum, ambos terminos ejus reduc ad sedes & deduc per cellulas: exempli gratiâ: *Num Deus sit author peccati?* Negatur. 1. Quia *Deus* est *bonus*. 2. quia est *infinitus*. 3. quia est *æternus, &c.* ex circulo A. *Malum* autem *non* est *bonum*, *non est infinitum*, *non æternum, &c.* è circulo T Deus *differt & distat* à malo distantiâ infinitâ. Non est *Principium* mali E circulo W. virtutum: Deus est author & fautor *justitiæ*, prudentiæ, &c Ergo non peccati. E circul. W. vitiorum. Si Deus est author & fautor Peccati, est author *Avaritiæ, Gulæ, &c.* At non hoc. Ergo. Sed quò ruo! Quodvis problema probari potest è Lullio argumentis. LXII principalibus, & accessoriis MMMDCCC. LXXXIV. *Vide nostrum Syntagma Mnemonicum.* Satis de copiâ rerum. Nunc de

COPIA VERBORUM.

Verborum copiam tribus modis acquiri posse autumo, imò credo: videlicet, nostro duplici, & uno Bruni.

I. Primus modus, quo nos delectamur, ita habet.

Principiò varietur ſententia propoſita per caſus utriuſque numeri, per tempora & regulas Syntacticas Grammatices, verbi gratiâ hæc ſententia, *Omnes homines ſcire deſiderant*, ſic variari poteſt. Non eſt *homo* quem non delectet ſcientia: Cuiuslibet *hominis* natura eſt, deſiderare ſcientiam: *Homini* cuivis innatum eſt inſatiabile ſciendi deſiderium, &c.

Secundò eadem ſcientia varietur per Tropos, Figuras, item dictionis, & ſententiæ totius Rhetoricæ, exempli gratiâ: Egregius ſcilicet eſt homo qui aſpernatur ſcientiam. Eſt *Ironia*. Homo, qui non capitur ſcientiâ multarum rerum, eſt ſtipes. Eſt *Metaphora*. O hominem auſterum & inhumanum, qui à literis humanioribus abhorret! Eſt *Exclamatio*.

Tertiò eadem ſententia deducatur per terminos Logicæ inventionis; verbi gratiâ: Homo uſque adeò tenetur ſciendi deſiderio, ut tandem fiat *efficiens cauſa* ſcientiæ. Homo per *formam* ſuam, quæ eſt anima rationalis, appetit ſcire &c.

II. Secundus modus eſt, qui fit per epiſtolas veras, vel repræſentativas.

Epiſtolæ veræ ſunt, quando ad amicos vel dominos noſtros ſcribimus, variis de rebus & quæſtionibus Philologicis, Philoſophicis, Theologicis, &c. Fiat ergò Index amicorum juxta ſeriem alphabeti: eorumque nomina aſſcribantur, & quâ de re ad illos ſcripſerimus annotetur. Acceptis literis amicorum, eæ ſemel atque iterum perlegantur: & ſumma earum in dorſo notetur. Poſtea referantur in volumen: ita ut eæ, quæ ab uno eodem perlatæ ſunt, conjungantur. Et hoc fiat quotannis.

Epistolæ repræsentativæ dicuntur quando fingimus personas ad quas scribamus, de rebus vel veris vel fictis.

- Personæ istæ sunt sexus
  - Fœminini, ut
    - Virgines.
    - Matronæ.
  - Masculini: ut sunt
    - Adversarii, in
      - Theologiâ
        - Papistæ
          - Papa.
          - Cardinales.
          - Episcopi, &c.
        - Vbiquetarii.
      - Philosophiâ
        - Aristotelei.
        - Ramei.
      - Philologiâ
        - Ciceroniani.
        - Lipsiani.
    - Amici: iique vel
      - Superiores:
        - Doctores.
        - Mœcenates.
        - Parentes.
      - Pares. Sodales.
      - Inferiores.

Quotidiè igitur fingas personam: verbi gratiâ Mauritium H L. Paréum, &c ad quos scribas Latinè, Gallicè, Germanicè. Quod si feceris, & copiam hoc modo non addiscis, næ I jam conclamatum est.

III. Tertius modus est Jordani Bruni, quem ille in m. s Rhetoricâ, (quam penes me habeo, liberalitate præstantissimi Dn. Regneri Barels Frisii, amici mei honorandi) tradidit; sed obscure. Hunc ergo perspicue & breviter explanabo.

Alphabetica certa sunt tenenda, quæ nobis suppeditant verborum phrasiumque innumerabilem multitudinem.

Termini generales, qui vel in omni oratione, vel in plurimis locum habent, sunt præmittendi: quia ex illis alphabetum primarium constituitur. Suntque.

I. Esse

I. *Esse* vel *Non esse*. Non enim est oratio, quæ in verbum substantivum non resolvatur, affirmativè vel negativè.

II. *Sentire, opinari, scire, intelligere, ignorare, imaginari, dubitare.*

III. *Consentire*, *Dissentire*. In oratione enim accidit, ut omnes vel plures, pauci vel nulli consentiant & dissentiant.

IV. *Eligere*, *repudiare*, *curare*, *despicere*, *magnifacere*, *negligere*. Hoc alphabetum exercetur universaliter circa ea, quæ consistunt in deliberando.

V. *Affirmatio & negatio*. Alphabetum affirmandi erit, Ajo, censeo, dico, existimo, fateor, judico, &c.

VI. *Interrogandi* alphabetum, ut, An, Fortè, Numquid, Nonne?

VII. *Evidentis & occulti*. Evidentis: ut, Patet, manifestum est, palam est.

VIII. *Facilis & Difficilis*.

IX. *Similis & Dissimilis*. In omni enim proposito omnis generis similia adhibere possumus.

X. *Rationes* atque *Causæ*, quibus utimur in quolibet discursu: ut, quia, siquidem, quandoquidem, cùm sit hoc, si hoc, si illud &c.

XI. *Convenientiæ & differentiæ* alphabetum.

XII. *Probationis* seu *Confirmationis*, *Improbationis* seu *infirmationis*: ut absurdum est, inconveniens est, &c.

XIII. *Perfecti & imperfecti*: ut, planè, sufficienter, insufficienter, pro captu &c.

XIV. *Totius & Partis*, *universalitatis & Particularitatis*: ut, omnes, cuncti, nemo est qui non, nullo excepto, universi, quidam, aliqui, nonnulli, sunt qui, non desunt qui, &c.

XV. *Comparationis, Superlationis* & *Exæquationis* notæ: ut perinde, maximè omnium, ſupra quam poſſibile ſit.

XVI. *Per id cui ſatis ſit*, vel *minus ſatis ſit*, vel *unde aliquis quieſcat*, ſeu *ſuſpenſus maneat, acquieſcat* vel *hæſitet*, certus ſit vel anceps.

XVII. Per *Poßibile* & *Impoßibile*: ut, nihil impedit: item ex *contingenti* & *neceſſario*: ut eſſe à naturâ, vel divinâ providentiâ inditum; *à communi ſenſu, à propria imbecillitate*: ex quibus omnibus & ſimilibus & ratio & oratio diteſcit.

XVIII. Per *finem*, ſeu *cauſam finalem*: ut, propter quid, cujus gratiâ, &c.

XIX. *Conditionalium variatio*: ut, Homo ſcire deſiderat, dummodo non ſit ſtultus.

XX. *Modus eſt inſpiciendus & ponderandus*: ut an benè, malè, perfectè, an imperfectè per ſe, per accidens, &c.

XXI. *Frequentißima copulandi notæ*: ut, Et, Etiam, atque, &c.

XXII. *Continuationum copia*: ut, primò, initio, ſecundò, deinde, præterea, ſubinde, adhæc, proinde, neque illud obiter prætereundum, tandem, ultimò, ad extremum.

XXIII. *Notæ Aſſumendi*: utpote in quibus argumentationum principia proponimus.

XXIV. *Notæ Subſumendi*: ut ſunt, ſed, porro, atqui, cæterùm, &c.

XXV. *Concluſionum* ſeu *Illationum* varietas eſt inſpicienda: ut, Ergo, igitur, iccirco, &c.

XXVI. *Diverſæ rationes*, quibus poſitio totius eiuſdem argumenti variari poteſt.

Ex hoc Catalogo depromere licet omnia, quorum dictionem poſſumus variando ditare. Sed & hæc loca ſunt (exceptis tribus quatuórve) ad res

ad res atque rationes multiplicandas apta: ut ita duplex copiæ genus in eodem liceat inspicere Catalogo.

Postquam ex pluribus dictionibus alphabeta fuerint constituta, quo possimus infinitam variandi copiam habere, constituemus Alphabetum Indumentorum.

Nomine Indumentorum hoc Alphabetum inscribimus, quia non ad Substantiam orationis pertinent, seu ad materiam: sed tantùm ad extrinsecam formam. Neque est ulla oratio cui omnia & singula hæc indumenta nequeant accommodari.

Sunt autem Indumenta sequentia.

ALPHA-

ALPHABETVM INDVMENtorum.

A. *Esse.*
B. *Non esse.*
C. *Sentire.*
D. *Imaginari.*
E. *Intelligere.*
F. *Opinari.*
G. *Ignorare.*
H. *Dubitare.*
I. *Consentire.*
K. *Dissentire.*
L. *Affirmare.*
M. *Negare.*
N. *Verum esse.*
O. *Falsum esse.*
P. *Quærere.*
Q. *Respondere.*
R. *Apertum esse.*
S. *Occultum esse.*
T. *Firmum seu certum esse.*
V. *Dubium vel Incertum.*
X. *Exemplo vel similitudine manifestabile.*
Z. *Ratione consentaneum.*
Α. *Necessarium.*
Β. *Possibile.*
Γ. *Conveniens.*
Δ. *Absurdum.*

Hæc sunt, quæ quilibet suo modo, certâque industriâ literis propriis pro lubitu asscribere debet.

DE VSV HVIVS ALPHABETI.

Eſt unica ratio, quâ orationem ſeu diſcurſum, & libellum ita fermè innumeris modis variare poſſumus, ut nunquam eadem videatur repeti cantilena. Exempli gratiâ: Si oratio conſtet triginta enunciationibus; illæ primum ſingulæ ſingulis regulantur literis: ut A, dicatur de primâ: B, regulet ſecundam: C, tertiam, &c. Deinde B, regulet primam: C, ſecundam: D, tertiam, *&c.* Poſtea C, primam: D, ſecundam: E, tertiam, *&c.* A verò ultimam. Hoc igitur alphabetum literis ſuis inſcribatur circulo, adjectis ſignificatis enarratis, ut hâc ratione fiat continua circulatio.

Porrò in hujus alphabeti uſu illud animavertendum eſt, ut hæc pro modo cujusvis propoſiti ſumantur, affirmativè vel negativè, abſolutè vel modaliter, *&c.* quatenus videlicet orationis ſeu rei ſignificatæ conditio patitur.

Conſtituatur igitur Alphabetum modorum ſeu rationum, quibus prædictæ ſingulæ ac omnes orationes variantur tanquam coloribus. Prius enim Alphabetum Indumentorum variatur per hoc Alphabetum colorum. Nam unum idemque indumentum variis modis variatur colorum ſingulorum diverſitate, non ſine jucunditate. Colores autem, ſeu modi illi, ſunt Affirmatio, Negatio, *&c.* quæ ſequuntur, quæ non eodem modo accipiuntur, quo ſupra. Supra enim formaliter accipiebantur, hîc modaliter: ut ex Alphabeto, quod exemplis illuſtravi, patet.

Nam hæc propoſitio: *Omnes ſcire deſiderant.* coloratur ſic ut in ſe- ſequentibus vides.

ALPHABETUM MODORUM SEU COLORUM.

A. *Affirmativè:* Omnes homines naturâ scire desiderant.
B. *Negativè:* Nullus hominum est, qui naturaliter scire non desideret.
C. *Interrogativè:* An quisquam hominum esse potest, in quem sciendi desiderium non aliquando cadat?
D. *Responsivè:* Si quis à me quærat, Quid est quod homini maximè conveniat? Aliud respondere seu afferre non possum præter sciendi desiderium.
E. *Activè:* Scire concupiscit homo.
F. *Passivè:* A naturæ multiplici instinctu ad scientiæ adeptionem erigitur & dirigitur Homo.
G. *Privativè:* Homo ægrè fert, si privetur scientiâ.
H. *Contradictoriè:* Nihil scire velle non decet hominem.
I. *Gerundivè:* Sciendi desiderio tenetur homo.
K. *Mutando nomen:* Artes scire homo desiderat.
L. *Infinitivè* Homo desiderare videtur scientiam.
M. *AEquipolentivè:* Cognitione homo delectatur.
N *In præterito:* Nunquam homo fuit qui scire non desiderarit.
O. *In præsenti:* Hominum nullus est hodie qui non scientiam desideret.
P. *In futuro:* Nullus ad finem seculi erit, qui scientiam non sit desideraturus.
Q. *Descriptivè:* Animal istud ad astra erectum, non autem ut cætera abjectum ad pastum, oculis auribus, &c. ad intelligendum festinat.
R. *Definitivè:* Animal rationale ad objectum suum cognoscendum properat.
S. *Contrariè:* Nullus est ita iners, ut nihil scire velit.
T. *Refragativè* Mirum est, si quisquam hominum inveniatur expers hujus desiderii.
V. *Abstractivè* Magnitudine desiderii sciendi tenentur omnes.
X. *Concretivè.* Magno desiderio scientiæ capiuntur omnes.

Z. *Metaphoricè:* Omnes homines animi alas ad lucem intelligentiæ explicant, oculos intorquent, & ad ſcientiam veluti præfixum ſcopum collimant.

A. Per *Rectum* ſive *caſum nominativum*: Scientia ad ſui cupiditatem omnes impellit.

B. Per *Genitivum*: Scientiæ deſiderio capiuntur omnes.

Γ. Per *Dativum*: Omnibus hominibus innatum eſt ſcientiæ deſiderium.

Δ. Per *Accuſativum*: Scientiam affectant omnes.

E. Per *Vocativum*: Quid eſt, ô homo, quo magis capiare, quàm lucis intelligentiæ ſplendore.

Z. Per *Ablativum*: A fulgore lucis intelligibilis omnis intelligentiæ appetitus & apparatus accenditur, &c.

Canditatus Eloquentiæ Latinæ quotidiè ſententiam unam atque alteram deducat per hoc alphabetum, vel expreſsè vel tacitè.

Ad uberiorem verò copiam ordinari poteſt alia figura, quæ facit ad divitias Orationis, acceptis terminis Grammaticis & Rhetoricis, hoc modo, ut ſequitur.


TERMINI LATITUDINIS.
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
Nominatiuus.
Genitiuus.
Datiuus.
Accusatiuus.
Vocatiuus.
Ablatiuus.
Persona Prima.
Persona Secuda.
Persona Tertia.
Sÿngularis numerus.
Pluralis numerus.
TERMINI ALTITUDINIS.
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
Etÿmologia.
Amplificatio.
Compositio.
Relatio.
Periphrasis.
Hÿperbole.
Diminutio.
Metonÿmia.
Sÿnechdoche.
Metaphora.
Ironia.

EXEGESIS SCHEMATIS.

Hîc licet variare, vel per singula Elementa per se, vel cum aliis composita. Exempli gratiâ.

Per A, possumus dicere: Omnis homo, qui græcè dicitur ἄνθρωπος, capitur sciendi desiderio, & nominatim fertur ad contemplandum cœlestia.

Per B. Omne animal conditum ad imaginem Dei & quod divinam in omnibus æmulari naturam videtur scire desiderat. &c.

Eodem modo unam, eandemque sententiam propositam deduces per terminos latitudinis: ut per A, Homo scire desiderat: per B, Hominis est appetere scientiam, &c.

Denique terminos latitudinis poteris miscere cum terminis altitudinis, verbi gratiâ: Hominis etymologia ducatur primo per Nominat. AA, dicendus, Homo ideo ἄνθρωπος dicitur, quia capitur contemplatione cœlestium. Item per A B, Ad sublimia erecti est desiderare scientiam. Item per AC, Habenti os sublime innatum est sciendi desiderium. Sed manum de tabulâ!

Tu, ingeniose Lector hæc mihi deproperata æqui consule, ad nominis divini gloriam & regni CHRISTI amplificationem in Scholis & Ecclesiis. Fiat! JESU fiat! Amen.

FINIS.